DISPUTATIO
HISTORICO-JURIDICA INAUGURALIS
DE
NOBILIBUS AC URBIUM DELEGATIS, SUB COMITUM HOLLANDIAE REGIMINE ORDINES CONSTITUENTIBUS,

QUAM,

QUOD DEUS BENE VERTAT,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

HERMANNI BOUMAN,

THEOL. DOCT. ET PROF. ORD.

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU,

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS JURIDICAE DECRETO,

PRO GRADU DOCTORATUS,

SUMMISQUE IN JURE ROMANO ET HODIERNO HONORIBUS AC PRIVILEGIIS,

IN ACADEMIA RHENO-TRAJECTINA,

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS,

PUBLICO AC SOLEMNI EXAMINI SUBMITTIT

JOHANNES IGNATIUS VAN HEES,

ROTERODAMENSIS.

AD DIEM XXV MAJI MDCCCXXIX HORA XII.

TRAJECTI AD RHENUM,

EX OFFICINA VAN PADDENBURG ET SOC.

MDCCCXXIX.

Gij, die der volken lot voor de eeuwigheid vermeldt;
Geschiedkunde! open mij uw groot, uw leerzaam veld,
O Vaderland! 'k zie dáár uw naam onsterflijk pralen,
En aller volken glans verduisterd door uw stralen;
Op de eeuwige zuil des roems staat Neêrlands naam gedrukt,
En wordt door vreemden trots daar nimmer uitgerukt.

HELMERS.

Ea praesertim periodus historiae Patriae tenebris obducta, ac scriptorum erroribus et commentis inquinata fuit, quae res gestas sub Comitibus, primis maxime temporibus, continet.

Plurimi librorum chronicorum scriptores veteres eam tractantes, vel, rerum narrandarum simplicitate repudiata, somniis se tradentes, pro veritate fabularum portenta in lucem prodiderunt, vel, ex vetustatis inscitia, superioris seculi figmentis coecam fidem et assensum praebentes, quae conficta erant, tamquam vera recantaverunt.

In parvo vero numero auctorum, qui comitum aequales, sincero animo, ut videtur, Hollandiae ejus aetatis conditionem descripserunt, Philippus a Leydis, ut de aliis taceamus, vir sua aetate eruditissimus memorari meretur.

Hic Lugduni-Batavorum natus, unde nomen accepit a Leydis, primum in Athenaeo Parisio-

DISPUTATIO
HISTORICO-JURIDICA INAUGURALIS

DE

NOBILIBUS AC URBIUM DELEGATIS, SUB COMITUM HOLLANDIAE REGIMINE ORDINES CONSTITUENTIBUS,

QUAM,

QUOD DEUS BENE VERTAT,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

HERMANNI BOUMAN,

THEOL. DOCT. ET PROF. ORD.

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU,

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS JURIDICAE DECRETO,

PRO GRADU DOCTORATUS,

SUMMISQUE IN JURE ROMANO ET HODIERNO HONORIBUS AC PRIVILEGIIS,

IN ACADEMIA RHENO-TRAJECTINA,

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS,

PUBLICO AC SOLEMNI EXAMINI SUBMITTIT

JOHANNES IGNATIUS VAN HEES,

ROTERODAMENSIS,

AD DIEM XXV MAJI MDCCCXXIX HORA XII.

TRAJECTI AD RHENUM,

EX OFFICINA VAN PADDENBURG ET SOC.

MDCCCXXIX.

VIRO NOBILISSIMO,
AMPLISSIMO,

FRANCISCO VAN HEES,
J. U. D.

TOPARCHAE IN BERKEL ET RODENRYS, ORDINIS REGII LEONIS BELGICI EQUITI, COLLEGII EQUESTRIS IN PROVINCIA HOLLANDIA SOCIO, ORDINIBUS GENERALIBUS IN REGNO BELGICO ADSCRIPTO.

PRAEFATIO.

Quo saepius et diligentius praeclare a majoribus res gestas animo revolvimus, — quo penitius eorum privata publicaque instituta inspicimus, eo magis in nobis excitetur Patriae nostrae amor, necesse est.

Quod si verum sit, facili negotio inde efficitur, omnibus, maxime vero illis, qui litteris operam dant, ut, quos inde sibi collegerint fructus, aliquando, et pro viribus suis, in civium civitatisque prosperitatem et felicitatem impendant, ad id inprimis esse enitendum, ut non solum, quae gentis nostrae fata, verum etiam quae preclara ipsius facinora, quae tam belli quam pacis tempore instituta privata publicaque fuerint, bene sciant atque intelligant. Sic enim fiet, ut majorum nostrorum et gentis nostrae in negotiis publicis tractandis summam admiremur sapientiam, prudentiam, virtutem, constantiam, aequitatem; — in privatis vero negotiis curandis ordinem, diligentiam, laborem, et parcimoniam cum liberalitate conjunctam.

Quod si consideremus, — si de his ingenii animique virtutibus majorum nobis persuasum sit, illud fortissimo nobis erit praesidio, ne cum multis, his praesertim temporibus, in eum errorem incidamus, ut semper peregrina nostris anteponamus institutis moribusque, aut ut majores eorumque res gestas tam exiguo pretio aestimemus, ut

ex

Hollandiae conditionem ante Comites et sub eorum regimine describens, in perversam Grotii sententiam abiit, Hollandos scilicet nunquam alteri genti obtemperasse.

Antonio Matthaeo, celeberrimo patre digno filio, reservatum erat, plurima parte umbras fugere, quibus antiqua patriae conditio latebat. Vir ille Clarissimus anno 1662 in Academia Rheno-Trajectina, dein vero in Academia Lugduno-Batava Professor ordinarius, simili modo, quo antea Dousa, quamvis majori cum successu, prima Comitatus tempora accurate percurrere, atque ex chartis hucusque ineditis perlustrare coepit.

Alieni judicii mancipium ne esset, quantum potuit, contendens, vetera monumenta critica ratione exposuit, historiam ex iis praesertim illustrari debere merito cum putaret.

Subinde verba auctorum atque diplomatum, ex quibus sua hauserat, ipsis locis dubiis atque ambiguis adjicere solebat, ut ita statim probaretur, quod observaret; qua in re, ex nostra opinione, vir doctissimus consultius egit, quam plures ejus antecessores, qui in historia tractanda ipsa verba monumenti authentici, ex quo de veritate eorum sententiae constaret, non alle-

legaverant, quod parum vero convenire si-bi videbatur. Mutatis enim sic verbis, saepe etiam sensus pervertebatur.

Magnam lucem quam MATTHAEUS in antiquorum seculorum tenebras intulisset, chartae atque privilegia, quae sensim paulatimque Provinciae atque Urbes ediderunt, non minus contulerunt, ut magis adhuc historia illustraretur; quandoquidem hac ratione multa patriae statum politicum spectantia in aperto posuerant.

Sequens praeterea aetas multos eruditos protulit, qui in via, DOUSAE ac praesertim MATTHAEI vestigiis jam calcata, procedentes, assiduo labore atque industria Hollandiae antiquitatem perscrutati sunt, pluraque vetera monumenta hucusque nondum visa in lucem prodiderunt.

Sic BALTHAZARUS HUYDECOPER, praesertim annotationibus suis in chronicon, a MELIS STOKE conscriptum, ex multis dubiis indubitata constituit, quamvis in perversa opinione, Hollandiae Comitatum nunquam Imperii Germanici feudum fuisse, adhuc perseveraret, cum etiam GERARDUS VAN LOON, CORNELIUS VAN ALKEMADE, atque FRANCISCUS MIERIS novae historiam tractandi rationis, quam ab antecessoribus acceperant, fideles sectatores se probaverint.

Hac

Hac ratione etiam scripsit vir consultissimus SIMON VAN SLINGERLANDT, qui in scriptis suis politicis in Hollandiae Comitatus antiquam regiminis formam accurate inquisivit. (a) Scripsit etiam Jurisconsultus praestantissimus BYNKERSHOEKIUS, vir sola eruditionis ac virtutis commendatione ad summum honoris culmen provectus, qui in *quaestionibus suis Juris Publici* passim etiam antiquum jus publicum patriae tractavit. (b) Verum enimvero cum BYNKERS-

(a) Vir Consultissimus VAN SLINGERLANDT anno 1716 tractatus quemdam scripsit: *van de oude Regeering van Holland onder de Graven en van de veranderingen daarin voorgevallen sedert de Troubelen.* Tractatus vero ille cum ceteris ejus scriptis politicis demum post ejus mortem in lucem prodiit.

(b) BYNKERSHOEKIUS anno 1673 Mediobargi natus, in Curia Suprema Hollandiae primum Senator, dein Praeses fuit. De meritis ejus tum judiciariis tum litteraris testantur viri eruditissimi scripta. In arte critica inprimis excelluit, ita ut vix Jurisconsultus indicari possit, qui hac in re illi superaverit. In jure publico ac gentium tractando summi momenti quaestiones, de maris dominio, de Legatorum foro, etc. conscripsit.

In jure patrio etiam hospitem ipsum non fuisse, ex ejus aequalium testimoniis, nec non ex ejus scriptis confici potest. Vir Clar. PHILIPSE, in oratione eximia de CORNELIO BYNKERSHOEKIO, annotavit: „ *multa hoc nomine nobis* „ *denegasse virum prudentissimum cum ineditae alicubi in scri-* „ *niis lateant: Quaestiones tumultuariae, et Juris Hollan-* „ *dici et Zeelandici corpus, in formam a* BYNKERSHOEKIO „ *redactum.*"

praeoccupatus a partibus stetit eorum, quibus magna Gubernatoris auctoritas invisa erat, GROTII vestigia premens, Ordinum potestatem sub Comitibus nimium quantum extulisse videtur.

Eodem fere tempore vixit quoque WAGENARIUS, qui in opere suo, cui titulus *Vaderlandsche Historie*, probavit, quantum ingenii atque diligentiae sibi fuisse consensum.

Negari tamen nequit, eum in antiquis Hollandiae fatis enarrandis multa vitia commisisse; ad quae committenda praejudicatis suae aetatis opinionibus incitabatur. (a)

Accedebat, quod WAGENARIUS juris scientiae, qua magnopere historicus indiget, plane expers esset, ita ut saepius GROTIO atque BYNKERSHOEKIO coecam reverentiam praestiterit. Sic ad multa difficiliora historiae loca illustranda sese accingens, saepe erravit, inprimis in re-

(a) WAGENARIO saepe imputatur, quod Urbis Amstelodami historicus sub tutela magistratuum Amstelodamensium historiam patriae conscripserit. Hoc tamen minime veritati convenit. Die enim 26 Octobr. anno 1758 primum Urbis Amstelodami historicus fuit nominatus; ultimum vero tomum operis, cui titulus: *Vaderlandsche Historie*, edidit anno 1759. Itaque jam scripserat totam fere patriae historiam, antequam urbis Amstelodami historicus esset nominatus.

rebus nonnullis dijudicandis, quae reipublicam formam sub Comitibus spectabant,

VAN IDSINGA, VAN DE SPIEGEL, PESTEL, VAN WYN, KLUIT, qui inter majorum gentium historicos merito recenseri solent, plura correxerunt, quae a WAGENARIO aliisque scriptoribus minus accurate ac vere de primis temporibus erant exposita. KLUIT in Academia Lugduno-Batava Professor celeberrimus inprimis magnum se praestitit integritati restituendo, quod aevorum tenebris corruptum, aut a semidoctis inquinatum acceperat. (*a*)

Vir ille cum incredibili patriae antiquitatum notitia magnam sagacitatem conjungens, vetera diplomata ipse perlegere atque excutere sibi pro-

pon

(*a*) KLUIT ab anno 1778 usque ad annum 1795 professoris dignitate in Academia Lugduno-Batava functus est. Hoc autem tempore, quum partibus Principis Arausiaci addictus esset, tamquam juventutis corruptor munere suo fuit destitutus. Anno vero 1802, partium studiis non amplius tantopere flagrantibus, in integrum restituebatur. Cecidit accasione universae calamitatis, quae anno 1807 Urbi Lugduno-Batavorum obvenit. Praecipua Clar. KLUITII scripta sunt: Oratio de jure Belgarum in abjurando Philippo Rege Hispanico; Historia critica Comitatus Hollandiae atque Zeelandiae; Primae Lineae Collegii Diplomatico-Historico-Politici; Historia Foederum Belgii Foederati; et opus eximium, cui titulus: Historie der Hollandsche Staatsregeling.

posuit, ne in aliorum verba tantummodo jurarct, verum ut ex ipsis fontibus proprias suas observationes luci exponeret. Quam egregie hoc assecutus sit probant viri scripta, in quibus nescis, quid magis mireris, vel auctoris acumen et antiqui praesertim juris publici tum Francici tum Germanici eruditionem, vel ejus pectus, Populi aut Optimatium non captans suffragia, unice vero veritatis amore flagrans.

Fieri non aliter potuit, quin Clarissimi Kluitii aliorumque virorum, quos laudavimus, exemplo, nostra etiam aetate, multi incitarentur ad antiquam patriae historiam imprimis politicam excolendam. (a)

Sic huic studio laetior dies illuxit, via cuique patente ab eruditissimis jam probata et frequentata.

(a) Inter multos sufficit memorare nobilissimum Virum de Jonge, de cujus summa industria testantur plura opera egregia.

DE

DE NOBILIBUS AC URBIBUS, SUB COMITUM HOLLANDIAE REGIMINE ORDINES CONSTITUENTIBUS.

CAPUT PRIMUM.

§ I. DE HOLLANDIAE COMITATU, EJUSQUE COMITIBUS.

Cum Imperium Romanum ad occidentem a barbaris gentibus distractum esset, varia hinc in Europa exorta sunt regna, alia Juris publici facies, nova regiminis ratio. (*a*)

Franci praesertim in Gallia ex vicina hiuc Germania imperium potentissimum condiderunt. — Batavi primi nostrarum regionum incolae, cum Ro-

(*a*) Cf. Robertson, *Inleiding tot de Historie van Karel V.* Tom. I. pag. 27. ubi de hac commutatione dicitur: *Er bleef van der Romeinen Staatkunde, Regtsgeleerdheid, Kunsten of Letterkennis bijna niets over. Overal werden nieuwe regeringsvormen, nieuwe wetten, nieuwe zeden, nieuwe kleedingen, nieuwe talen, en nieuwe namen van menschen en Landen ingevoerd.*

Romanorum socii, laborantem circa haec tempora rem Romanam, ingenua virtute fideque sustinerent, variis bellis a Francis debilitati, postquam omnia pro libertate, et ut sui juris populus maneret, impendissent, ab iis devicti fuerunt.

Adsunt quidem nonnulli scriptores, qui Hollandos Francorum jussis obtemperasse negant, inter alios HUGO GROTIUS, vir ille summus, qui perpetuam patriae libertatem defendens „ *Francos*, ait, *affectasse quidem glo-* „ *riam prolati hucusque imperii, ceterum* „ *re ipsa non infra Trajectum.*" (*a*) Hujus viri tamen sententiae obstant ipsa facta historica, quae JOHANNES A LEYDIS nobis sic tradidit: „ *Pervagans omnem Frisiam* (*Chlotarius I.*) „ *nullum omnino Frisionum mensuram sui* „ *gladii excedentem dimisit etc. Hollan-* „ *denses autem hoc videntes territi sunt, et* „ *idcirco festinabant foedus gratiae inire* „ *cum eodem rege, quapropter terra Hol-* „ *landiae, et quae modo dicitur Trajectensis* „ *diocaesis cum Wiltenborch addita est terris* „ *regis Francici.*" (*b*) Et HEDA in Histor. Ul-

(*a*) H. GROTIUS, *de Antiquitate Reipl. Batav.* Cap. IV. pag. 28.

(*b*) JOHANN. A LEYDIS, Lib. I. Cap. 16. in FRANCISCI SWEERTS, *Annal. rerum Belg.* Tom. I.

Ultraj. „ *Dagobertus*, inquit, *patri defuncto* „ *in amplissima regna succedens, circa an*„ *num salutis Christi* 631, *dirigitur, postea* „ *a patre cum Pepino duce in Austriacam* „ *(h. e. quidquid inter Mosam, Rhenum et* „ *Oceanum interjacet) regnaturus.*" (*a*)

Videtur itaque ex hisce satis certe colligi posse, parvae Hollandiae regioni eandem sortem obtigisse quam multis aliis terris, Francorum imperio adjectis.

Cum dein Francicum imperium divideretur, cum Ludovicus Pius regnum, majorum virtute prudentiaque valde auctum, inter filios divisisset, hi de partiendo regno non convenientes, cruento inter se praelio concurrerunt. Varias post clades, bellum anno 843 apud Virdunum pace componitur, imperiumque inter se fratres dividunt. Lotharius, praeter multas Galliae provincias regnumque Italiae, insignem Gelriae, Trajecti, Zeelandiae, Hollandiaeque partem sibi comparavit. Carolo Calvo Gallia obvenit non universa sed quidquid ejus ab Oceano hinc ad Mosam et Scaldim, inde Rhodanum et Ararim porrigitur, itaque inter alia Flandria, Zeelandiaeque nonnullae insulae. Ludovico denique

(*a*) HEDA, *Histor. Ultraj.* Cap. 5.

quo cessit Germania Transrhenana, ideoque et Belgicae provinciae ad dextram Rheni ripam jacentes. (a)

Sic divisae Lodovici inter successores, qui de novo inter prolem diviserunt imperium, nostrae regiones diversis saepe paruerunt dominis.

Otto II. tandem, varia post fata totam Hollandiam hodiernam sua sub potestate redegit, ita ut ex eo tempore Germaniae Imperatores eam, nullo turbante, tenuerint.

Cum Reges Francici, vastam propter Imperii molem, in qua omnia ab uno curari non poterant, quosdam instituissent magistratus, qui Comitum sub nomine pago aut regioni praeëssent, Hollandiae talis etiam praepositus est.

Hac autem in regione requirebatur praefectus, praesertim, ut Danis, ferocissimae genti, resisteretur facilius, qui maritimis inprimis oris appellentes, ab homine usque ad pecus et necabant omnia et devastabant. (b)

Mul-

(a) *Rerum Belgicarum Annales* AUBERTI MIRAEI, pag. 324 et 325.

(b) HADRIANI BARLANDI, *Hollandiae comitum historia anno* 1585 *Francofurti edita*, pag. 1 et 2; et JANI DOUSAE NORDOVICIS, *Hollandiae Annales* Libr. II. pag. 104.

Multi verò scriptores errant, cum putent jam ab initio praefectos eos Hollandiae Comitum nomine insignitos fuisse. Anno autem 1018 regione, unde haec denominatio orta est, armis occupata, ita dici potuerunt.

Theodericus V. scilicet, cum antea Fresoniae comes appellaretur, post pugnam apud Flardingum anno 1018 pugnatam, ex bello cum Adelboldo Episcopo Trajectino victor evadens, primus Hollandensium Comitem se nominare coepit a terra scilicet a se occupata, Merweda, quae etiam Hollandia dicebatur. (*a*)

Quale primorum Comitum munus fuerit, rite cognoscere licet ex formulis Marculfi, ita illud describentis:

„ *Ut semper erga regimine nostro fidem* „ *illibatam custodiat, et omnis populus ibidem (in comitatu) commanens sub ejus regimine et gubernatione degat et moderetur,* „ *et eos recto tramite secundum legem et consuetudinem eorum regat, viduis et pupillis* „ *maximus defensor appareat, latronum ac* „ *malefactorum scelera ab illo severissime*

„ *re-*

(*a*) Kluit, *Histor. Critic. Comit. Holl. et Zeelandiae in excursu III.* pag. 23 seqq.

,, reprimantur; ut populi bene viventes sub ,, eorum regimine debeant subsistere quieti, ,, et quidquid de ipsa actione in fisci ditio- ,, nibus speratur per illum ipsum annis sin- ,, gulis nostris aerariis inferatur." (a)

Militiam praeterea in Imperii auxilium educere debuerunt, Principique in expeditionibus adesse. Denique Comitibus in publicis Imperii Comitiis haud parva fuit auctoritas, cum leges ibi latae sine eorum consensu vim atque effectum non haberent. (b)

Quamvis ex memoratis jure effici possit, quam magnam potestatem Reges Francorum in Comites detulerint, illa tamen eo maxime limitata fuit, quod eorum ministerium prima aetate ad lubitum Principis revocari posset, aut tantum ad vitam illis deferri. — Dein vero, temporibus mutatis, Comitum dignitas hereditaria fieri coepit.

Imperio autem Normannorum invasionibus exhausto, bellisque intestinis, quibus flos Germaniae Franciaeque juventutis periit, non mi-

nus

(a) Marculfus, *Formularum libr.* I. *Cap.* 8. *apud Baluz Capitul.* Reg. Franc. tom. II.

(b) Vid. *Titulus legis Alamannorum in Lindenbrogii* Cod. *leg. Antiq.*

mus quam Procerum dissidiis ac factionibus convulso, Reges, ut Comitum animos sibi conciliarent, eorumque consilio et fortitudine adjuti in diem accrescentibus regni hostibus resisterent, filiis dignitatem, patribus concessam, reliquerunt. Jam anno 877 Carolus Calvus constituerat: „ *Ut si diem obiret comes, cujus* „ *filius in aula Imperatoris commemoraretur,* „ *designarentur a Rege filii propinqui Co-* „ *mitis defuncti, qui cum ministerialibus Co-* „ *mitatus, et cum Episcopo, in cujus Paro-* „ *chia ea terra jaceret, Comitatum admini-* „ *strarent, donec filius Comitis a Rege patris* „ *dignitatibus ornaretur.*" (a)

Diu vero adhuc, ut legitime patri succederet filius, consensus Imperatorum fuit necessarius.

Henderico IV. regnante, hereditaria tamen successio universe invalescere coepit. Princeps autem ille, cum Papae Gregorio VII. armis resisteret, fulmine Vaticano tactus, non amplius Imperii Jura tot inter calamitates turbasque intacta servare potuit. Perpetuis conjurationibus circumdatus, ubicumque bello persecutus, tan-

(1) Vid. Baluzius, *Capit. Reg. Franc.* tom. II. pag. 263 et 269.

tantam contra perfidiam ac vim cum fortiter se defenderet, intimum reipl. statum nec diligenter curare, nec subditos, nimis magnam potestatem arrogantes, coërcere potuit.

Itaque Comites hanc occasionem arripientes arbitratu suo successionem in terras suas constituerunt. Imperatores subsecuti amissam quidem auctoritatem recuperare sunt conati, sed vires illis defecerunt ad majestatis suae decus restituendum. Quid praeterea potuissent sine animi constantia prudentiaque, quibus plurimi in reipl. perniciem caruerunt? Quid valuissent imbecilli in statu hoc turbulento ad jura vindicanda tam vehementer sibi disputata?

Sic res Imperii in diem pejores evaserunt. — Longe tamen abest, ut imbecillitati tantum Principum omnia mala imputaremus, quibus regnum Germanicum eo tempore concussum fuit.

Ipsa enim regiminis ratio universe tum usitata perniciei semina secum tulit. Illa autem, ut externae aggressiones propellerentur, cum esset aptissima, nihil vero valebat ad regni tranquillitatem internam conservandam, ac rerum ordinem stabiliendum.

Conjunctionis vinculum Principem inter ac Pro-

Proceres nimis debile, turbarumque fontes multiplices erant. (a)

Accedebant insuper huic alia, aeternae nempe controversiae, belloque civilia a Papis excitata, quibus Imperatoriae dignitatis splendor evanuit, ejusque reverentia est diminuta.

Sic Comites, causis pluribus concurrentibus; jure successionis pleno acquisito, suo nomine in provinciis regnare coeperunt, imo vero, majorem potestatem jam ambientes, alia etiam jura sibi arrogare conati sunt.

In Hollandia hereditaria in Comitatum successio jam inde a Theoderico I. continuo obtinuit, (b) ejusque originem ibi non aliam fuisse quam in ceteris Germaniae provinciis inter alia Arnoldi Comitis exemplo elucide probatur, quem jam seculo X, ipso inconsulto Ottone III. Imperatore, Theodorico successisse constat (c).

Paulo post Theodericus V. jus successionis sibi competere etiam armis contendere non timuit,

(a) Cf. MONTESQUIEU, *L'esprit des Lois*, Livr. XXX, chap. 3; et DE MABLY, *Observations sur l'histoire de France*, Tom. I. pag. 102 seq.

(b) ADRIAN. BARLANDI, *Holl. Comit. histor.* pag. 3.

(c) WAGENAAR, *Vaderlandsche historie*, pag. 128.

ruit, cum Hendericus IV. scilicet in Trajectinum Episcopum ejus possessiones hereditarias transtulisset (*a*).

Alia etiam jura regalia sensim paulatimque sibi aut vindicaverunt Comites nostri aut illis ab Imperatoribus, ut fortiter ab eorum partibus in bello starent, eorumve officia remunerarent, concessa fuerunt.

Sic jus, quo Hollandis licuit a Comitum sententiis ad tribunalia Comitum Palatinorum provocare, (*b*) satis mature Comites abrogaverunt, cum tali jurisdictioni, Caesareo nomine exercitae, inviti provinciam suam subjectam viderent.

Sic Johannes de Renesse et Didericus de Brederode jam anno 1291 a Florentio V. huic provocandi juri renuntiare coacti fuerunt (*c*).

Jus praeterea monetae cudendae Imperatorum benevolentiae debuerunt Comites (*d*).

Ann-

(*a*) *Chronicon Johannis de Beka*, pag 43.

(*b*) Viglius Zuichemus Praeses consilii secretioris Caroli V. in oratione, quam anno 1548 habuit, de jure isto mentionem fecit. — Vid. Wagenaar, *Vad. Hist.* Tom. V, pag. 317.

(*c*) *Kort vertoog van den ouden staat der Regeringing*, pag. 17.

(*d*) Dronsberg, Dissert. *de re Monetali*, pag. 29.

Vectigalium perceptio a Frederico Imperatore Florentio III. concessa fuit. (*a*).

Amplissimas vero concessiones Imperator Lodovicus Bavaricus anno 1340 Wilhelmo III fecit. „ *Omne jus*, ita in suo diplomate scripsit „ Imperator, *quod iidem nostri praedecesso„ res in Comitatibus Hollandiae, Zeelandiae „ et dominatu Frisiae reclamarunt, aut recla„ mare potuerint, aut nos reclamare posse„ mus, libere et absolute de assensu et con„ sensu nostrorum Principum quittamus, at „ eidem, ejusque heredibus et successoribus „ praesentibus, duximus remittendum, salvo „ tamen nobis et Imperio homagio debito pro „ iisdem.*" (*b*)

Inde factum, ut Hollandiae Comites tamquam summi Imperantes regnum mox tenuerint, vel potius eam potestatem exercuerint, quae nomine superioritatis territorialis comprehendi solet. Superioritas autem territorialis est potestas quaedam majestati, i. e. summi imperii partibus analoga, immediate vero Imperatori subjecta (*c*).

Ho-

(*a*) *Litteram exhibet* VAN LOON, *in prolegg.* part. I. p. 17.

(*b*) MIERIS, *Groot Charterb.* Tom. II, pag. 145.

(*c*) BONDAM, *in Oratione de Jurisprudentia Belgica ad exemplum Juris civilis maxime Rom. addiscenda*, pag. 12.

Horum verborum sensus ut melius capiatur, paucis investigabimus, qualis tandem, Imperii Germanici ratione, Hollandiae Comitatus fuerit conditio, ac in quantum ideo, ejus Comites Imperatoribus fuerint subjecti.

Hereditariam successionem nacti, Comites non plane Caesarum Imperio se subduxerunt, sed vinculo arctissimo Comitatus cum Imperio Romano cohaerebat.

Comites autem inter Ordines regni Germanici locum tenuerunt, atque citati, ad Comitia profecti sunt. Sic Wilhelmus II. ab Harlemensibus, Florentinus V. a Medenblicensibus, Wilhelmus III. a Leydensibus pecuniae collationes, precariarum sub nomine (Beden), idcirco exigerunt, quod sibi ad Comitia proficiscendum esset. (*a*). Interfuerunt etiam Imperatorum unctionibus ac coronationibus, uti facile ex charta, ipso die coronationis Ottonis IV. Imperatoris Aquisgrani anno 1198 data, intelligitur. Huic enim subscripserunt Theodericus VII Hollandiae Comes, Theodericus Trajectensis Episcopus, Arnoldus Comes de Altena, aliique.

(*a*) Van Loon, *van de leenroerigheid van het Graafschap van Holland*, pag. 53, 74 et 94.

que (a). Legitimum praeterea controversiarum judicem Comites nostri fassi sunt Imperatorem. Theodericus II. v. c., ab Henderico Imperatore Neomagum citatus, se apud Tribunal sistitit, ubi, partibus auditis, Imperator in causa pronuntiavit, quae inter Comitem illum et Episcopum Trajectinum Tielensesque agitabatur gravissima. (b)

Cum vero Germania, Frederico I. Imperatore regnante, viro constantia virtuteque conspicuo, magnas subiisset commutationes, Hollandia eas participavit. Imperii autem Ordinibus convocatis, vir ille, miserrimae reipl. conditioni succurrere optans, leges, inprimis feudales, condidit, vi quarum, tum Italiae, tum Germaniae Comitatus, in beneficium hucusque concessi, feudorum naturam adsciverunt (c).

Probatu non erit difficile, quamquam auctores plurimi in contrariam abierunt sententiam, Hollandiae Comitatum etiam feudem Imperii, ejusque Comites Imperatoris vasallos factos esse. — Quamvis vero Comitibus multa bona in pro-

(a) Kluit, *Hist. Com. Holl. et Zeel.* Tom. I. pag. 427.
(b) Alpertus, de *diversitate temporum* Libr. II. Cap. 20, in Tom. I. *Ecoardi Corporis Historici.*
(c) Goldast, *Constitutiones Imperial.*, Tom. III. p. 324.

proprium concessissent Imperatores, de quibus pro lubitu disponere possent (a), plura jura, ac praesertim ipsum Comitatum, seu jus eum administrandi, in feudum tenuerunt. Quaeque fere Imperatorum charta hujus rei testimonium profert, cum in ea formulae, *salvo homagio debito*, perspicue ostendunt, Imperatores Hollandiae feudi dominos fuisse directos. Plurima praeterea in Patriae historia exempla adsunt, quibus vinculum hocce feudale probatur.

Bellum civile acerrimum et sanguinolentum, cujus Hollandia initio seculi XIII. spectaculum miserrimum praebuit, cum Diderici VII gener fraterque de jure in regnum succedendi vi et armis contenderint, memorare jam sufficit.

Comitatum enim Imperii feudum esse luce clarius tum patuit.

Diderico VII. autem mortuo, mascula prole nulla relicta, Comitatus ad Imperii ditionem rediisset, nisi Imperatores Philippus atque Otto, defuncti Comitis fratri, qui victor ex pugna pro successione evaserat, feudum de novo detulissent (b). Leges autem feudales prohibebant

(a) Cf. ipsa diplomata harum donationum apud KLUIT, *Hist. Critic. Comit. Holl. etc.* Tom. II. pag. 7. seq.

(b) WAGENAAR, Tom. II. pag. 299 seq. et 394.

bant; alium vasallum, mascula Comitis prole deficiente, inscio aut invito Imperatori obtrudi. Hinc igitur ejus consensus et conformatio requirebantur.

Subinde Imperator Rudolphus, anno 1276, Hollandiae Comitatum, si Florentius V. legitima sine prole decessisset, Johanni ab Avesnes, Hannoniae, atque Hermanno, Hennebergii Comiti, Margarethae hujus uxori, filioque Boppo feudum addicens, scripsit: „ *Dat Graaf Florus het graafschap Holland, en andere goederen van den Keizer ter leen hieldt* (*a*).

Non tamen ignoramus, de hoc feudali nexu Hollandiae ac Brabantiae inter Ordines maxime fuisse disputatum, controversia orta, an Hollandis in Brabantinos manus injicere liceret; quod Hollandiae Ordines affirmabant, contendentes: „ *Caroli IV. Imper. privilegio, quo Brabantinis concessum fuerat, ne eorum aliquis extra patriae fines in jus vocari posset, minime se esse obstrictos*;" (*b*) credi-

(*a*) Wagenaar, *l. l.* Tom. III. pag. 27.

(*b*) Cf. Grotius, *de Antiquitate Reipl. Batav.* Cap. V. pag. 32, qui Hollandiam numquam feudum fuisse contendens, suam sententiam controversiae inter Hollandenses et Brabantos expositione probare conatus est. Hunc auctorem

dimus vero, si aliquid eorum argumentis sit probatum, hoc tantum in eo consistere, quod Hollandiae Comitatus tale interdum feudum fuerit, quale, Imperatoris vestitura accepta, saepe extitisse constat, femineum scilicet. (*a*)

Transactio etiam sive defensivae confoederationis tractatus anni 1548, quo, uti nonnulli putant, Imperator Carolus V. Belgicas provincias, in primis Hollandiam, feudali obedientia liberasset, hujus rei ratione nil probare videtur. In eo enim quidem constitutum fuit: „ *Ut Belgiae Provinciae, uti nunc, etiam post* „ *hac suis legibus ac privilegiis gauderent,* „ *atque ab. Imperatoribus liberae agnoscerentur* „ *regiones, quae Imperii jurisdictioni* „ *et constitutionibus non essent subjectae;*" sed verba: „ *quotquot tamen dictarum provinciarum* „ *ad feudum Imperii pertinent, post* „ *hac quemadmodum hactenus, feudatario* „ *nomine habentur ac possidentur;*" quae in eo tractatu inveniuntur, satis demonstrant, nexum feu-

rem multi dein scriptores, caecam fidem ei tribuentes, simpliciter sunt secuti, eadem fere argumenta allegando.

(*a*) Meerman, *de Solutione vinculi, quod olim fuit inter S. R. Imperium, et Foederati Belgii Rempubl.* pag. 32 et 33.

feudale eo tempore nondum fuisse solutum (a).

Hollandiae Comites, ideirco quod Comitatus Imperii feudum esset, etiam Vasallos se gesserunt.

Nam, quamvis negari nequeat, priores Comites, praesertim Theodoricum IV. cruenta bella cum Imperatoribus gessisse, quibus videri posset, ipsos Imperii vasallos se non existimasse, observandum tamen, Imperantis injuriam repellere, quod contra injustam Imperatorum et Trajectini Episcoporum occupationem terras suas defendentes, fecerunt Comites, aliud quid esse, quam ejus imperio plane se subtrahere. Praeterea, si de vinculo feudali Hollandiam inter et Imperium Germanicum disputemus, eam aetatem tantum comprehendimus, qua Florentius III. ejusque successores regnum tenuerunt.

Comes autem ille primus fuit, qui Frederico I. Imperatori tamquam vasallus fidei atque obsequii sacramentum praestitit, (b) cum ante eum beneficia nondum in feuda essent commutata.

Ab

(a) Resolutien van Holland 2 Maart 1549, et Van Slingelandt, *Staatkundige geschriften*, Tom. I. pag. 5.
(b) Van Loon, *over de Leenroerigheid*, *etc.* pag. 7.

Itaque ab eo demum tempore permulta exempla occurrunt, aut vasallos publice se confessos esse Comites, aut re et facto tales se praestitisse. Hinc Wilhelmus III, cum inter equites adoptaretur, jurejurando ita se obstrinxit: „ *Ego*, inquit, *Wilhelmus*, *Hollandiae Comes*, „ *militiae princeps*, *Sacrique Imperii vasal-* „ *lus liber*, *jurejurando profiteor regulae mi-* „ *litaris observantiam.* (*a*)

Postea idem Comes, in auxilium Lodovici Bavarici ut vasallus evocatus, 800 milites trans Alpes duxit. (*b*) Carolus etiam Audax, anno 1473., pro omnibus principatibus, quos inter Imperii fines possidebat, Frederico III. Imperatori fidelitatem promisit. (*c*)

Ex hisce igitur, ne pluria memorando Lectoris abutamur otio, satis patet, Hollandiam Imperii feudum, ejusque Comites ejus vasallos fuisse.

Parvam tamen auctoritatem Imperatores hac in regione exercuerunt, cujus ratio inde nobis quaerenda videtur, quod Hollandia ad Oceanum, itaque ad ultimum Imperii limitem sita, omnis un-

(*a*) Meerman, *l. l.* pag. 25.
(*b*) Beka, *Chronicon*, *etc.* pag. 113.
(*c*) Meijer, *Annal. Flandr. ad annum* 1473.

armata expeditio contra ejus incolas difficilis, imo vero, in aquosis hujus terrae locis valde periculosa esset. — Sic aqua jam ab antiquissimo tempore impedimentum fuit, ne in Hollandiam consilia sua nonnulli, prout vellent, ad effectum perducerent. (a)

Dubia quaedam moveri possent, an etiam Hollandia nexu feudali Franciae unquam obstricta fuerit? — Quaestio inde oritur, quod diploma aliquod existat, quo Florentius V. anno 1295 homagium praestitit Francico Regi Philippo. „*Les quelles convenances*, sic in „eo legitur, *entre le devant dit notre Seigneur* „*et Roy et nous, nous sommes devenus ses* „*hommes, et lui avons fait hommage de* „*feauté, et promis par notre foy, et les* „*mains levées, que nous le servirons loyau*„*ment, comme loyal vassal son Seigneur*." (b)

Attamen, si consideremus, regem Comiti in

[illegible] reo

(a) Sic e. g. Imperator Hendericus anno 1047. Hollandiam plane sibi subjicere constituens, hunc in finem expeditionem contra ejus incolas movit, sed, aquosis impedientibus locis, parum proficere potuit, et cum reverteret, adversariis levibus scaphis eum sequentibus, et extremos quosque incursando caedentibus, non modica exercitui clades inlata est.

(b) Mieris, *l. l.* Tom. I. pag. 563. art. 7.

te diplomate annuam pecuniae summam addixisse, hujus subsidii solummodo ratione Florentius V. ei fidem promisisse videtur, quod magis adhuc probabile fiet, talium obligationum more spectato, eo aevo valde usitato.

Respectu quodam, et quod miramur plurimos historicos silentio praeteriisse, Comes Hollandiae etiam Comitis Flandriae et Episcopi Trajectini vasallus fuit.

Quod ad Comitem Flandriae attinet, hoc ex charta probatur, quae apud MEYER occurrit; cujusque verba sunt:

„*Si Comes Hollandiae contra eat huic pa-*
„*ci, quidquid in Flandria clientela terra-*
„*rum possidet, committet.*" (*a*)

Alio autem loco idem auctor: „*Balduinus*
„*Hannonius Flandriae Comes, qui suo no-*
„*mine in verba Caesaris juraret, Baldui-*
„*num filium in Vangiones misit. Ipse domi*
„*ab Comite Hollando juramentum accepit,*
„*Francis principibus praestari solitum.*" (*b*)

Anno vero 1283 Johannes Dux Brabantiae homagium illud ultro Florentio V. remisit, cum

(*a*) MEYER, *Annales ad annum* 1165. libr, V.
(*b*) MEYER, *Annales ad annum* 1191. libr. VII.

cum is Florentius sororem conjugis Ducis Beatricem in matrimonium acciperet. „ *Nos* (ita „ in diplomate hujus remissionis scriptum est) „ *Johannes — protestamur, quod nos, fidelium „ nostrorum communicato consilio, homagium, „ quod nos ab illo viro Dn. Florentio Comite „ Hollandiae, dilecto consanguineo nostro — „ ut putamus, exigere consuevimus, et quod „ idem Comes praed., ut putabatur, de jure „ nobis semper renuit faciendum, quitum pro- „ clamavimus, illud nunquam petituri.*" (*a*)

Similiter Comites Hollandiae Episcopo Trajectino, Comitatus non ratione, sed bonorum quorundam, quae ab eo in feudum tenuerunt, homagium praestitisse constat. In quodam scilic. diplomate anni 1204 haec habentur: „ *Ego Willelmus, Dei gratia Comes Hollan- „ diae, universis Christi fidelibus tam prae- „ sentibus quam futuris in perpetuum. Cum „ omne feudum, quod frater meus bonae „ memoriae Theodoricus Comes Hollandiae „ ab ecclesia Trajectensi juste possiderat a „ manu domini mei Theodorici Trajectensis „ Episcopi recepissem, eique, sicut legius homo,* „ *fe-*

(*a*) Mieris, l. l. tom. I, pag. 433.

„ legiam fidelitatem servare jurassem." (a)

Qua in re convenit Johannes a Veldenaer historicus antiquissimus; „ Die Greve van Hol„ lant, inquit, is des Bisscops Maerschalk, „ die hout van den Stigt te leen Waterlant, „ ende sommige goeden in Hollant, ende „ veel thienden, ende andere goeden in Zee„ lant." (b)

Sententia nostra ita satis firmata, jure concludi posse videtur, certo respectu, i. e. terrarum quarumdam, seu territorii cujusdam ratione, Hollandiae Comites Episcopi Trajectini, et Comitum Flandriae vasallos fuisse.

§ II. De Hollandiae Comitum Potestate.

Comites, uti § praecedenti demonstravimus, initio nihil nisi publici imperii ministri, qui tantum administratoris aut vicarii nomine munere functi erant, sensim paulatimque superioritatem territorialem nacti, omnia vice Impera-

(a) Heda, in histor. sub Ultraj. pag. 188.

(b) Joh. a Veldenaer, de rebus gestis Episc. apud Boxhorn Nederl. histor. pag. 106.

ratoris susceperunt, omniaque peregerunt, quae ei essent propria, salva tamen semper erga Imperium obligatione.

Comiti regnum suscipienti a Nobilibus in agris, ab oppidanis in urbibus, fidelitatis jusjurandum praestabatur; quod praesertim iis temporibus in Hollandia saepe fiebat, in quibus periculum aderat aut metus, ne ab aliis Imperium occuparetur. (*a*)

A sua parte Comites etiam postea juramento se obstrinxerunt, ad subditorum privilegia tuenda ac vindicanda, quamvis non prius, quam seculo XIII. illud factum videatur.

Sic legitur Wilhelmus I. anno 1217, atque Florentius IV. anno 1223 jam privilegia quibusdam urbibus data solemniter jurejurando confirmasse (*b*). Cum de Comitissa Marga-re-

(*a*) Bello flagrante saepius hoc jusjurandum fidelitatis a civibus praestari solere, pacto probatur inter Wilhelmum I. atque Comitem de Los anno 1206. inito. In eo enim Wilhelmus, post cladem in Zeelandia acceptam, promittere debuit, se Hollandiae Nobiles jussurum inimico suo de Los fidem praestare, cum simul quatuor urbium cives jurejurando sibi facto absolvet.

Mieris, *Groot Charterboek der Graven van Holland etc.* tom. I. pag. 147.

(*b*) Mieris, l. l. tom. I. pag. 172 et 184.

genus, constet, eam fidelitatem cunctis incolis jurasse, homagiumque de suis vasallis accepisse. (a)

Ex eo autem jurisjurandi praestandi more multi scriptores hoc fere argumentum ducunt: „ *Quamquam Hollandi in successione Principatus ordinem sanguinis fere semper sequi solebant, tamen non ex paterna hereditate, sed ex populi consensu et electione proficiscebatur imperium, cum non prius principis loco quemquam haberent, quam juramento se obstrinxisset, leges se patriosque mores servaturum, quo facto, ipsi vicissim fides et obedientia repromittebatur.*"

Falsa tamen talis est argumentatio. Subditorum enim ex electione Comitibus non obvenerat imperium, verum jure hereditario. Quia Principes erant, juramentum receperunt, non ideo Principes erant, quod jusjurandum iis esset praestitum. Hinc non omnes Comites illud praestiterunt, cum plurimi seculo XIV. inveniantur, qui, hoc neglecto, simpliciter in paternum ac hereditarium Comitatus imperium successerunt. Subditi contra illud praestare

erant

(a) Joh. de Beka, Chron. pag. 119.

erant obligati, ita ut, qui hoc recusarent, tanquam rebelles punirentur. Solummodo quis historiarum annales evolvat, et millia fere exempla inveniet, urbes vel singulos subditos, hac in re contumaces, privilegiorum amissione, vitae bonorumque jactura, vel exilio mulctatos fuisse.

Subinde, ipsis diplomatum inaugurationis verbis prorsus obstaret, non jure hereditario; sed ex subditorum electione, Comites imperium tenuisse, cum hisce titulis: *onzen regten geboren Landheer*, *Rechte erfgenaame*, *erfdochter*, similibusque, semper eos honoratos esse legamus. (*a*)

Cum, tempore atque moribus mutatis, Saliae, Ripuariae atque Saxoniae leges, quae olim cum Francorum Regum capitularibus atque Codice Theodosiano in hac regione juris normam constituerunt, in desuetudinem abiissent, aut magnas exigerent emendationes, Comites legislatoriam potestatem, hanc praecipuam

(*a*) In diplomate inaugurationis Philippi pulchri Ordines sic loquuntur: „ *Dat syn genaede haer aldaer hadde doen* „ *vergaderen, om by haer gehuld en ontfangen te syn, als* „ *haere erfachtig en Natuurlyke Prince, en Heer Grave van* „ *Hollandt, ende Heer van Vriesland.*"

pium summi imperii partem, ad se trahere coeperunt. — Legum autem defectui providendum erat. Subditi antea rure habitantes, nunc vero urbium opibus pollentium cives, jus postulaverunt, quo suorum obligationes strictius circumscriberentur. Praeterea, divitiis per mercaturae extensionem majoribus factis, parvae, quae eo tempore in usu erant mulctae pecuniariae, ad universam societatis securitatem stabiliendam, non amplius sufficiebant. (*a*) — Quae illâ pulchrior opportunitas, novas leges condendo, auctoritatem augendi? — Comites idcirco eam ardore arripuerunt, statimque, legibus ac statutis municipalibus urbes instruendo, legislatoriam potestatem exercuerunt. (*b*) Inde sensim paullatimque ea legum, mandatorum, atque edictorum copia est orta, quae nostro tempore adhuc, quasi antiquae Patriae conditionis monumenta, existunt.

Quod ad privilegia attinet, jam anno 1200, et antea, plurimis urbibus data fuerunt. e. g.

Dor-

(*a*) Van de Spiegel. *Verhandeling over den oorsprong, en historie der vaderlandsche Rechten.* cap. 2 et 3.

(*b*) Ante Seculi XII. medium nulla in Hollandia lex a Comitibus promulgata occurrit. Seculo XIII. hoc jus universe exercuerunt Comites.

Dordraco, ac dein Harlemo atque Delphis, ut de aliis taceamus, quae, Mierisianum opus evolvendo, facile inveniuntur. Haecce vero privilegia non tantum urbibus, sed etiam a Comitibus, vicariis suis, magistratibus municipalibus, Ordinibus, imo vero privatis personis sunt concessa. Quamvis hisce magna saepe commoda urbibus a Principe addicta fuerint, hoc tamen ab eo semper factum est, omni suae potestatis diminutione salva, vel, ut accuratius dicamus, quodam jure suprematus reservato. Hinc in privilegio, a Comite Wilhelm. V. anno 1355 urbi Enkhuso dato, dicitur: „*Daer en* „*boven gunnen wy den Scepenen van Enk-* „*huisen, macht omme te maecken nieuwe Sta-* „*tuten ofte geboden etc.* — ONSE JURISDICTIE „DAERINNE NOGTHANS GERESERVEERD WE- „SENDE." (*a*)

Comites Hollandiae, antequam leges conderent, consilium eorum, quorum id maxime intererat, sive Nobilium sive urbium, adhibere solebant, unde formulae adjectae: *Communicato consilio sapientium;* — *communicato* *No-*

(*a*) Cf. DE GROOT, *Rechtsgeleerde Observatien*, tom. I. pag. 12.

Nobilium et domesticorum consilio: (a) Parum tamen de consilio ejusmodi intimo ante Wilhelmum II. in chartis mentio occurrit.

Verum enim vero, quamvis constet, Comites cum peritioribus atque proceribus de legibus ferendis consilium iniisse, inde tamen effici nequit, illos legislatoriam potestatem cum aliis participasse. Ex prudentia politica solum ita egerunt, neque ad illud obstricti erant, quod inde maxime probatur, quod multa exempla adsint, Comites, nemine consulto, privilegia concessisse. (b)

Itaque ex iis, quae hic tradidimus, satis apparet, Hollandiae Comites legislatoriam potestatem, quae insignis summae potestatis est species, habuisse.

Quod pertinet ad Judiciariam potestatem, quam maxime est distinguendum inter eam, quam Comites sub Imperatoribus, vel dein, eorum jugo abjecto, exercuerunt.

Nam, cum olim omnis Jurisdictio ab Imperatore emanaret, ejusque tantum nomine jus diceretur; mox Comites sese ipsos fontem Judici-

(a) Mieris, tom. I. pag. 418 et 344.
(b) Mieris, tom. I. pag. 585 et 600.

regiae potestatis consecuerunt, inter quos praesertim Florentius V, qui jus illud majestatis plane sibi vindicavit. (a) — Nemini tum sine eorum mandato judicium ferre licuit.

Tam rure quam in urbibus, jurisdictio eorum nomine exercebatur; a judiciis inferioribus usque ad superiora, omnia ab iis instituta aut ordinata fuerunt. Hinc sine expresso Comitis mandato nequidem parva, atque fere nullius momenti jurisdictio, quam toparchae saepe in terris suis habuerunt, exerceri potuit. (b) Hinc Curiae, ad quas res dijudicandae deferebantur, ab ipsis sunt institutae Comitibus. (c)

Jus etiam aggratiandi ac dispensandi, quamvis seculis XV et XVI. ex nimia Principis indulgentia a plurimis exerceri inceperit, ab origine tamen Comitum erat. (d)

Quod, ut unico exemplo illustremus, Carolum V. latam capitis sententiam contra Reinerum Brederodae dominum, qui, ex gente Comitum Hollandicorum ortus, eorum gentilitia aper-

(a) Deutz, *in Dissert. de Judicibus, et praesertim de Scabinis in Belgio a primis inde temporibus.* pag. 49.

(b) Mieris, *ll.* tom. I. pag. 206.

(c) Miraei, *Opp. Diplom.* tom. II. p. 1044.

(d) Kluit, *Prim. Lineae*, pag. 61.

ipse esse voluerit, moderavit, gratiamque petenti, praesentibus Senatu Flandrico, Praeside Hollandiae, principibusque proceribus, vitam donavit. (a)

Praeterea ipsa verba: *onze bailluwen, onze gerechtshoven, onze vierſcharen, onze boeten, onze justitie*, quibus ex antiquis documentis permultum Comites usos esse patet, satis indicare videntur, qualis illis, omnia ad rem judiciariam pertinentia *sua* dicentibus, hac in re potestas competere debuerit.

Veruntamen, si aliqua, ad omne dubium hac de re tollendum, adhuc exigeretur probatio, ea certe sufficeret, quae colligitur ex ipsa ratione, qua Comites jus dixerunt.

Nam, quamvis tali occasione assessores quosdam in consilium adhibere solerent, multum tamen abfuit, ut obstricti essent, ad illud approbandum, quod, suffragiis numeratis, plurium videretur sententia; contra, quasi in re judiciaria summi illi, a quibus omnis juris dicendi potestas permanaverat, auditis sententiis, pro lubitu pronuntiaverunt.

In hujus rei exemplum annumerari licet sententia a Comite Florentio III. anno 1114 lata, in li-

(a) Pontus Heuterus, *Rer. Austriac*, libr. XI. pag. 270.

-tae abbatiae Egmundanae cum Nobili Dodo Berwoudtii filio, qua in causa, assessorum quorundam consilio tantum usus est Comes, sine ulla eorum sententiae obtemperandi obligatione. (a)

Judicium etiam, quod Carolum audacem anno 1469 tulisse legimus, hoc probat. In Chronico Zeelandiae res ita narratur: „ *In t'zelve Jaer in Junie was Hertog Kaerle te Middelburgh, daer hy ter hogher vierschare sadt met Mansmannen, ofte leenmannen van Zeelandt, daer hy selve, personlyck, drie daghen ter weecke, ter justitie sadt, in diversche steden in Zeelandt ende hoorde alle partyen, soowell den armen als den ryken. Ende hy deede te Middelburgh, op den vierden dag in weedemaent, drie gebroeders in Zynder presentie onthoofden, omdat ze een van Zynen dienaars doodt hadden gesmeten, ende daer was een susinghe onder het volck, maar die Hertog dat verhoorende, quam selve met een goege inder hand, ende heeft dit rumoer belet, als men breeder in de Chronycke van Vlaen-*

(a) Mieris, *l. l.* tom. I. pag. 117.

„ *Vlaenderen deisen mach. Van daer wach*
„ *hy in Hollandt, ende kwam in s' Graven-*
„ *hage, daer hy mede ter vyerschare zat,*
„ *metten Raed, om Justitie te administreren,*
„ *daer een delinquant gebrocht werdt, die*
„ *voortyds, een Canonick van Sinte Donaes,*
„ *te Brugge, van zynen lyve beroofd hadde,*
„ *diewelcke gehangen wierdt in de presentie*
„ *van Hertogh Kaerle.*" (*a*)

Quamquam postea, negotiorum mole in dies aucta, Curiis institutis multa sunt relicta, observatu tamen est dignum, in fere omnibus earum erectionis monumentis de judiciaria potestate ita memorari, ut summa jurisdictione sese Princeps non abdicaverit, sed eam tantummodo in reipl. utilitatem aliis mandaverit. Sic in Supremae Mechliniensis Curiae erectionis diplomate a Philippo pulchro scriptum invenimus: „ *Mandaremus praedicto supremo consilio, ut* „ *sequatur Nos etc.*" — Et in fine: „ *Salvo,* „ *quod possimus evocare ad Nos, nostrumque* „ *consilium, quod apud nos manet, quascun-* „ *que causas prout libuerit, et circumstan-* „ *tiae requirant*". (*b*)

See

(*a*) Reygersbergh, *Chron. v. Zeelandt.* Cap. 47.
(*b*) Miraei *Opp. Diplom.* Tom. II. p. 1044.

Sed haec jam sufficiunt, ad bene intelligendum, quae Comitibus Hollandicis in re judiciaria atque jurisdicundi facultate competierit potestas. Ex ingenti rei materia ea tantum argumenta, quae plurimum ad probandum valebant, colligere conatus sum, cum de singulis ejus temporis jurisdictionis partibus dicere meum non sit.

Procedamus igitur ad aliam majestatis partem, jus scilicet belli ac pacis, quod ad executivam potestatem referri potest.

Initio tantum Imperatoris nomine milites evocabantur, dein Comites, quasi terrae domini, eo etiam inconsulto, subditos ad patriae defensionem instruere coeperunt (*a*). Omnes ingenui sive liberi homines, tam in urbibus, quam in agris, ab illis, vel eorum jussu, à Baliviis ad bellum evocabantur, (*ter heervaart porren*) suisque sumtibus ad militiam instructi, Principem sequi debebant (*b*). Nomen cujusque civis, qui aetatem sedecim annorum attigerat, neque major sexaginta annis erat, (*die manswaard was*) hunc in finem commentariis publicis inscribebatur, ita ut, cum pericula belli

pa-

(*a*) Kluit, *Prim. Lineae*, pag. 66.

(*b*) Van Loon, *Aloude Regeer. v. Holl.* Tom. I. p. 222.

patriaeque succurrendae necessitudo adesset, sorte ducta, definiretur, qui eorum arma gererent. Si evocationi non obedirent, poenis gravissimis afficiebantur; interdum vero, hanc auxilium praestandi obligationem a Comitibus remissam fuisse, constat, uti v. c. urbi Dordraco (a). Quid autem ex hac brevi moris belliandi descriptione patet? Comites solos jus sequelae habuisse, quod certe non minima est pars majestatis.

Praeterea nemini, sine Comitis jussu aut ejus concessione castra et arces excitare, munire aut instruere licuit. Sic eidam Biggo, ejusque cognatis, in bonis suis ad Pendrecht sitis, non nisi Diderico VII? permittente, hoc fieri licuit (b). Inde etiam verba Wilhelmi Bavari: „*Dat* „*niemant* ... *veste noch borghe maken en* „*magh, noch doen maken — ten ware al-* „*leen bij ons zelven, van ons, ende t'onser* „*behoef.*" (c)

Jure etiam repressaliorum Comites solos gavisos esse, vel illud aliis concessisse, chartae plurimae nos docent. (d).

Quod

(a) Mieris, Tom. I. pag. 263.
(b) Mieris, Tom. I. pag. 133.
(c) Balen, *Beschrijv. van Dordrecht*, pag. 508.
(d) Mieris, Tom. I. pag. 501, 503 et 506.

Quod attinet ad inducias, pacem, foederaque pangendi facultatem, quae tam arcte cum belli jure cohaeret, ut ab eo vix separari possit, cujusque Comitis historia satis probat, hanc penes eos fuisse (*a*).

Eruditissimus BYNKERSHOEKIUS, HUGONIS GROTII, qui jam antea talia defenderat, vestigia premens, in opere suo laudato, *Quaestiones Juris Publici*, statuit, singulis urbibus quoque jus fuisse bellum gerendi, illudque ex actis publicis constare affirmat (*b*). Haec tamen viri eruditissimi sententia, si opinionem modeste proferre juvenem non dedeceat, minime mihi assumenda videtur.

Frustra enim, quamvis affirmet, testimonia quaesivimus, quibus talia probantur. Contra, plura invenimus, quae ejusmodi opinioni plane obstant. PHILIPPUS A LEYDIS, historicus politicus, qui, seculo XIV. vivens, optime profecto

tei-

(*a*) Florentius III. jam anno 1167. cum Flandriae Comite, propria auctoritate pactum iniit, quo libertatem suam, quamquam duris conditionibus, redemit. — WAGENAAR, *Vad. Hist.* Tom. III. pag. 271. Cf. MIERIS, Tom. I. pag. 137 et 140.

(*b*) BYNKERSHOEK, *Quaest. Jur. Public.* Lib. I. Cap. 23, et HUGO GROTIUS, *Apologie ofte verantwoordinge van de Wettelijk. Regeer. v. Holl. en Westfriesl.* Cap. I. et X.

reipl. eo tempore conditionem cognoscere potuit, alia docet. „ *Nemo, ait, quantuncum-„ que magnus, praeter Principem — habet „ seu habere potest exercitus ductionem, — „ hoc enim soli Comiti reservatum est.*" (a) Subinde sententia Caroli V. contra Dordracum lata, quod nonnullas res bellicas ordinare urbs ea ausa esset, etiam ostendit, quantum abfuerit, ut urbes propria auctoritate bellum gerere possent. „ *Roerende de gebooden*, in ea ait Comes, „ *der oorlooghe aengaende, die voorz. van on-„ ser stede Dortrecht, zullen hem verdragen „ van dien ende dergelyke geboden van oor-„ loghe meer te doen, maer sullen ons daer-„ mede laten begaen ofte onsen Stedehouder, „ ofte Capiteyn Generael in der tyd wezen-„ de.*" *etc.*" (b)

Cum nullus Princeps omnia ipse gerere possit, quae in civitate administranda sunt, necessarium est, ut magistratibus et ministris institutis nonnulla curanda mandet.

Quid itaque mirum, si Comites, cum initio mul-

(a) *De cura Reipl., cass.* 59; et *Forma et Semit. Reipl.* pag. 390.

(b) Balen, *Beschryv. v. Dortrecht*, pag. 542. seq.

multa in curia sua ipsi expedirent, extensis Comitatus finibus, negotiorum numero aucto, aliasque ob causas, novos magistratus in diem creaverint. — Facultas autem eos constituendi et munere destituendi penes illos fuit. Tam majores quam minores magistratus a Comitibus ipsis, aut eorum nomine vel jussu ab aliis, sub formula mandati seu commissi (*Commissiën of Instructiën*) constituebantur. (*a*)

Munus suscipientes hi jurejurando se Principi obstringebant, eoque mortuo, omnes eorum sic dictae commissiones finitae censebantur, ita ut antiqui magistratus cessarent, nisi iterum a novo Comite essent confirmati. (*b*) Sic magistratus a Carolo V. constituti ab ejus filio Philippo II. d. 27 Oct. anno 1555 iterum sunt confirmati; – quae confirmatio ita se habebat;

„ *Ende gemerckt dat overmidts die selve re-*
„ *signatie ende overgift de Commissien van al-*
„ *len Stadhouders, Oeversten, Justiciers, Tre-*
„ *soriers, Rentmeesters, Ontfangers ende van*
„ *alle andere Officiers geëxpireerd zijn, en-*
„ *de deselven ontlast van de eeden by hen*

„ *ge-*

(*a*) Mieris, tom. I. pag. 614.
(*b*) Kluit. *Prim. Lineae*, pag. 52.

„ gedaen uit faeken van heure voirschreven
„ Ampten ende Officien, last, onderwint ende
„ Administratie, ende ons toekomt ende ver-
„ vallen is die geheele ende vrye dispositie
„ van dien. Zoo ist' enz." (a)

Si hisce addamus, stipendium etiam magistratuum a solo Principe ejusque nutum ex aerario solutum fuisse, facile cuique erit perspicuum, quantam potestatem Comites hanc circa rem habuerint.

Nunc transeamus ad aliam majestatis partem, Jus nempe monetam cudendi.

Imperatores Seculo XI et XII. hoc privilegium Comitibus concesserunt, ita ut quatuor Wilhelmi II. antecessores jam argenteam pecuniam sua imagine atque crucis signo, vel Hollandico leone ornatam signasse videantur; (b) saltem constat, nomen Wilhelmi II. ejus aetatis monetae impressum fuisse, Comitemque Florentium V. pecuniam Medemblaci signasse. (c)

Jus igitur monetam cudendi penes Comites fu-

(a) Swartsenberg, *Friesch Charterb.* tom. III. pag. 384. et Rendorp, *Dissert. de origine ac potestate Ordinum sub Comitibus Hollandiae*, pag. 20.

(b) Van Alkemade, *over de goude en zilvere gangbare penningen der Graven van Holl.*, in praef. et pag. 26 seq.

(c) Wagenaar, *Vad. Hist.* tom. III. pag. 45.

fuit, quod magis adhuc probatur ex Ordinum actis diei 2. Oct. 1526., in quibus legitur: „ *My* (Advocato Ordinum) *is oick gelast tot* „ *Brussel mitten Staten van andere landen* „ *te solliciteeren den ouden voet van der mun-* „ *te.*" (a)

Veruntamen a Comitibus saepe concilium est constitutum, quocum de moneta cudenda deliberabant, atque ad illud Hollandjae urbes, (b) aut nonnulli cives rei periti sunt convocati; sed inde non sequitur, jus Comitum hac in re limitatum fuisse.

Ut hoc tamen probarent, nonnulli scriptores quidem privilegium Joh. Bavariae allegare solent, anno 1418. Dordraco concessum, in quo ille promisit: „ *Dat wy onse munt* „ *van Hollandt tot gheender tijd openen* „ *noch ordonneeren en sullen, dan by onsen* „ *Rade, ende by onsen Hoofdsteden van* „ *Dortrecht, Haarlem, Delft, Leyden, en-* „ *de by consent ende ordonnantie van hen-* „ *lieden; en die te Dortrecht te leggen ende* „ *nerghent anders.*" Est vero observandum,

Du-

(a) Aert van der Goes, *Register van alle die dachvaerden by deselve staten gehouden etc.* tom. II. pag. 32.
(b) Mieris, tom. III. pag. 593.

Ducem illum usurpatorem fuisse, cui nullum jus talia concedendi fuit: unde recte etiam anno 1520. procurator generalis Dordracenis Jus quoddam ex privilegio isto derivantibus respondit: „*Dat Hertoge Jan hetselve gegeven* „*hadt als Graav van Hollandt, dat hy nooit* „*en was.*" (*a*)

Beneficia ecclesiastica a Comitibus etiam sunt concessa:

Hollandia, Episcopatus Ultrajectini imperio ecclesiastico subjecta, ab Episcopis hujus rei ratione dependebat. Plurima negotia, quae divina dici solent, hac in regione ab iis sunt ordinata, et non miremur, si eos etiam interdum in civilibus causis magnam sibi auctoritatem arrogantes conspiciamus. (*b*) Ea enim aetate superstitiosa, ecclesiastici, multitudinis animos terrore dominantes, potestate sua, qua in populum pollebant, saepe magis ad rempublicam turbandam, quam ad religionem promovendam abusi sunt. Hollandici vero Comites adversus talem arrogantiam Imperii sui jura, ut bonum Prin-

(*a*) BALEN, *Beschrijv. v. Dortrecht*, pag. 521 et 542.

(*b*) Lectu hanc ob causam dignissimum est edictum Episcopi Ultrajectini Diderici III. anno 1209. promulgatum quod exstat apud MIERIS, l. l. tom. I. pag. 153.

Principem decet, defendentes, ea, saltem quod ad beneficia ecclesiastica, fortuna adjuvante, intacta servaverunt. Diploma quoddam anno 1188. a Diderico VII. editum hoc testari potest; (a) cum illud etiam pateat ex plurimis privilegiis, in quibus Comites nominantur *Patronen ende Collecteurs van de kerken als Graven van Holland.* (b)

Praeterea, si illud Jus Comitibus non competiisset, certe anno 1617. Ordines Angliae legato non respondissent: „ *Dat onder de hoog- „ heden en geregtigheden van de Landen „ van Holland en Westvriesland, niet van de „ minste is, de gifte van de kerken of colla- „ tie van Parochiën, welk regt de Graaven „ van Holland voor zoo langen tijd hebben „ gebruikt, als de naam van deselven Graa- „ ven bekend is geweest.*" (c)

Nullum dubium igitur hac de re relinquitur.

Nunc de tributis, et jure Comitum circa ea disputandum esset, nisi, in hoc argumento tractando, ad ipsius Ordinum potestatis disquisitionem

(a) Kluit, *In Cod. Diplom.* pag. 221.

(b) Idsinga, *Het Staatsrecht der vereenigde Nederlanden*, tom. I. pag. 380.

(b) Slingelandt, *Staatkundige Geschriften*, tom. I. p. 21.

nem, quae hac parte magna fuit, accederemus, quod altero capite nobis reservavimus.

Sic fere omnibus juribus, quae majestatem efficiunt, breviter expositis, inquirere conati sumus, quatenus Hollandiae Comites iis gavisi fuerint.

COROLLARIA.

I.

Graviter errant, qui primos praefectos, quos Reges Francorum nostrae regioni praeposuerunt, v. c. Didericum I, II, III. *etc. jam Hollandiae Comitum nomine insignitos fuisse putent.*

II.

Ut alias causas taceam, praesertim ipsi regiminis formae, qua mediis seculis regnum Germanicum utebatur, adscribendum videtur, Comites in Comitatus suos hereditariam successionem mox sibi arrogasse.

Illa vero, licet externis aggressionibus propellendis esset aptissima, nihil tamen valuit ad regni tranquillitatem internam conservandam, ac rerum ordinem stabiliendum.

III.

III.

Comitatus Hollandiae Imperii Germanici feudum fuit, ejusque Comites Vasalli, qui tanquam tales Regibus et Imperatoribus Germanicis, Hollandiae feudi dominis directis, fidem praestare solebant.

IV.

Neque ex controversia, anno 1549. *inter Hollandiae ac Brabantiae Ordines agitata, neque ex transactione, sive defensivae confoederationis tractatu anni* 1548. *probari posse videtur, Hollandiae Comitatum Imperii feudum non fuisse.*

V.

Male illi agunt, qui ex diplomate, quo Florentius V. *anno* 1295. *Francico Regi Philippo homagium praestitit, concludunt, Hollandiam nexu feudali Franciae obstrictam fuisse.*

VI.

Quamvis Comites Hollandiae jam seculo XII. *plura jura, originarie Imperatoribus competentia, ad se trahere coeperint, seculo demum* XIV. *superioritatem territorialem, ut dicitur, pleno jure exercuerunt, salvo tamen semper jure et homagio Imperio debito.*

VII.

Hollandiae Comites non ex populi consensu et electione imperium tenuerunt, verum jure hereditario.

VIII.

Falsa est opinio eorum, qui idcirco, quod Comites de legibus ferendis cum Nobilibus et Urbibus saepe consilium inierint, credunt eorum legislatoriam potestatem quodammodo circumscriptam fuisse.

IX.

Cons. BYNKERSHOEKII *sententia minime assumenda videtur, cum* Quaest. Juris Publici, libro I. cap. 73. *statuat, singulis urbibus sub Comitum regimine jus fuisse bellum gerendi.*

X.

Quamvis Comites in re monetali nonnullorum civium rei peritorum consilio uti solerent, tamen hac in re eorum potestas non limitata fuit.

CA-

CAPUT SECUNDUM.

§. I. DE HOLLANDIAE NOBILIUM VIRORUM ORDINE.

Omnium fere gentium historia nos docet, universe Nobilitatem praeclaris rebus gestis, et erga patriam bene meritis suam originem debere.

„ *Gelijk ook tot vereeringe*, ait HUGO GROTIUS, *van de burgerlike gemeenschap, ende* „ *vertroostingen van de lasten die daaruit* „ *ontstaan, de leden van die gemeenschap bo-* „ *ven anderen eenige voordeelen zijn gegunt,* „ *ende nog vorder, om de luyden aen te prik-* „ *kelen, om goede diensten te doen aen de* „ *burgerlicke gemeenschap, zijn de afkome-* „ *lingen van die gene, die sulx welker ge-* „ *daen hadden, insgelijks eenige voorgereg-* „ *tigheden toegestaen, hetwelk den oorspronck* „ *is van den adel.* (a)

Multi Nobiles, majorum virtutum recordatione in-

(a) DE GROOT, *in zijne Inleiding tot de Hollandsche Rechtsgel.* tom. I. pag. m. 39.

incitati, omnibus viribus dein operam dederunt, eandem gloriam, eundem honorem adipiscerentur, quapropter recte noster HOOFTIUS:
„ *De luister van de dappere daden die een* „ *ygelyken naastbestaan, ontsteekt een ziel*, „ *waarin van eedelzinnigheid een geinster* „ *glimt, met een gloet van graatigheid om* „ *hen in weldoen te achterhalen, of voorby* „ *te streven.*"

Inde multa inmortalia facta, quibus adhuc gloriamur, inde saepe constantia illa et fortitudo tanta, quibus reipl. salutem tam foris quam domi promoverunt Nobiles.

Si modo illustrissimae gentis Egmondanae, de Bredenrode, et de Wassenaer genealogicas percurramus tabulas, quanti heroes tam jam a primis temporibus sese offerunt, gloriaeque palmam sibi invicem disputare videntur.

Hispania, Anglia, Franciaque de eorum virtute fideque testari possunt. (*a*)

Nobilitatis honos itaque pluribus hominibus ad periculosa et laudabilia suscipienda incitamento fuit, ita ut ad hunc honorem acquirendum,

(*a*) Jure optimo quisque eorum respectu cum Seneca epist. 44. exclamabit: *Non eos fecit nobiles atrium fumosis imaginibus plenum, sed animus.*

dum, vel, a majoribus acceptum, intactum servandum, clarissima saepe facinora aut nunc perpetrentur, aut jam olim fuerint perpetrata.

Et quamvis melius, si solius honestatis et legis moralis amor et reverentia ad hoc essent stimulo, cum tamen in societatibus humanis multa honoris amore fiant, necessarium fuit, ut nonnulla secundum illam hominum indolem instituerentur.

Verum enimvero, cum ejusmodi humana numquam adfuerint instituta, de quibus disputatum non sit, nil quoque mirum, si certus Nobiliorum ordo ab his civitati utilissimus, ab illis valde perniciosus haberetur.

Medium vero tutissimum plures non tenuere, sed in extrema abeuntes, vel, propter abusum, totam rem improbaverunt, vel, propter utilitatem, eam nimis extulerunt.

In Germania initio duas personarum classes observamus, Ingenuorum seu Liberorum atque Servorum. Ingenui universe dicebantur omnes, qui nec ipsi, nec eorum majores, unquam privato dominio subjecti fuerant. Hi Ingenui in duas classes abierunt, eorum scilicet, qui Nobiles et Ingenui simul, vel Ingenui tantum erant.

Nobiles vocabantur dynastae, qui territoria ab

ab omni aliorum jurisdictione libera possidebant, ita ut hi Ingenui ratione suorum natalium, Nobiles vero ratione suorum bonorum essent.

Imperatores varias propter causas, praesertim vero, ut eos opibus pollentes magis sibi devincirent, Nobilibus valde faverunt.

Terras plures, cum magnis etiam juribus in illis exercendis, primo tempore in proprium seu beneficium, postea vero in feudum, illis concesserunt. (*a*) Ex eorum medio aulae suos ministros elegerunt, tamquam testes et fidejussores ad confirmanda foedera aliave pacta eos adhibuerunt, titulisque honorificis: majorum personarum, meliorum regni, (*b*) fratrum magnificorum, (*c*) vel fidelium (*d*), eos decoraverunt.

Hi etiam Nobiles soli ad Imperii comitia admittebantur, ut in iis suo consilio, in bello vero auxilio et armis Principi adessent.

Inter Nobiles istos primarios olim in Belgio Trajectenses Episcopi, Duces Brabantiae, Flandriae

(*a*) Mieris, tom. I, pag. 45, 61, 64.
(*b*) Du Cange, *Glossar. hisce vocibus.*
(*c*) Marculfus, *formul.* etc. *Append.* cap. 30.
(*d*) Kluit, *Codex Dipl.* tom. II. pag. 12.

drinae Comites, Duces de Limburg, Duces Gelriae aliique recensere licet. (*a*)

Quod attinet ad Hollandiae Comites, expresse ab ipsis Imperatoribus Nobiles sunt dicti. (*b*)

Territorio, cui Comites Hollandiae tanquam liberi Dynastae praeerant, primordio parum extenso, extra Hollandiam etiam nonnulli adfuerunt Dynastae, qui magna bona allodialia possidentes, sibique subditos habentes, nullo modo a Comitibus Hollandicis dependebant.

Sic domini de Altena, ab Arkel et de Heusden, quorum terrae prima aetate sub Hollandico parvo territorio non comprehensae erant, cum minore vel majore potestate sub Francorum et Germanorum imperio vixerunt, neminemque praeter Reges vel Imperatores agnoverunt superiorem. (*c*)

Memoratu hic etiam est dignissimum, dominos de Altena inter Imperii Principes olim fuisse, cum diploma quoddam invenimus apud Kluit, (*d*) in quo legitur: Ottonem IV. Regem Ger-

(*a*) MATTHAEUS, *de Nobilitate*, pag. 124.
(*b*) MIERIS, tom. I. pag. 91.
(*c*) VAN SPAEN: *Historie van Gelderland*, tom. III. pag. 202 - 216.
(*d*) *Cod. Diplom.* tom. I. pag. 426.

Germaniae anno 1198. Adolfo Coloniensi Archiepiscopo allodium in Salefeld libere et plene restituentem, Ducatus allodia et feuda confirmantem, et juri spolii renuntiantem, suae donationis confirmandae gratia, nonnullos Imperii Principes huic chartae subscribere jussisse, hunc in modum:

„ *Cujus rei testes sunt:*
„ .... *Argentinensis Episcopus.*
„ *Ditmarus Mindensis Episcopus.*
„ *Tirricus Trajectensis Episcopus.*
„ .... *Xantensis.*
„ *Bonnensis Praepositus, Bruno.*
„ *Mechtildis, Ducissa Brabantiae.*
„ *Baldewinus, Comes Flandriae.*
„ *Henricus, Dux de Limburch.*
„ *Otto, Comes Geldriensis.*
„ *Arnoldus, Comes de Clivia.*
„ *Tirricus, Comes Hollandiae.*
„ *Henricus, de Kuick.*
„ *Henricus, Comes de Seyna.*
„ *Simon, Comes de Teclenburg.*
„ ARNOLDUS, COMES DE ALTENA. *etc.*

Idem ille Arnoldus Comes de Altena solemni Ottonis IV. coronationi Aquisgrani tanquam Princeps Imperii interfuit.

Prae-

Praeter dominos ab Arkel, de Altena, et de Heusden, domini etiam ab Amstel, Waterland et Zevenbergen primis temporibus Hollandiae Comitibus non subjecti erant, sed praedia sua cum omni proprietate, cum omni dominatione, cum omni potestate et justitia, possederunt. Postea vero, cum armorum pericula undique accrevissent, aggressiones multiplices essent factae, neque alia ratione, nisi vi et armis, jus atque securitas vindicarentur, plurimi tales liberi Dynastae suorum bonorum dominium directum Hollandiae Comitibus obtulerunt, ut ab his in feudum, seu interdum sub conditionibus qualibuscumque, bona sua reciperent. (*a*)

Per illam bonorum oblationem Comitis vasalli facti, ejus tutela fruebantur, quae minime hac aetate turbulenta spernenda erat.

Ille feudorum offerendorum mos universe Seculo XIII. invalescere coepit, ita ut eo tempore tam in Germania, quam in Hollandia Gelriaque, multa hujus rei vestigia occurrant. Sic Johannes dominus de Heusden anno 1290. Hollandiae Comiti urbem suam; dominus Dideri-

cus

(*a*) De Fendis oblatis, vid. Diss. GUNDLINGI, *in exercitationibus Academicis.*

nus de Altena, anno 1280. arcem, bonaque sua allodia in Hollandia meridionali sita: (a) atque Johannes ab Arkel anno 1290. castellum Gorinchense in feudum obtulerunt. (b).

Plura insuper Nobilium primariorum territoria, sive emtione, sive matrimonio, sive denique armis Hollandiae Comitatui adjecta sunt.

Veruntamen, cum prima aetate hi Dynastae liberi solummodo titulo Nobilium honorarentur, suc-

(a) Cf. VAN SPAEN, l. l. Tom. III. pag. 204 et 212.

(b) Chartam antiquissimam, qua ab Johanne de Arkel arx sua Gorinchensis Comiti Florentio traditur, invenimus apud VAN MIERIS. Ita se habet: „*Ic Jan, Here van* „*Arkele, Ridder, make cont allen den ghenen, die deze brief* „*sullen sien of hoiren, dat ic mynen borch te Gorinchem op* „*hebbe gegeven te vrijen eygenen mijnen lieve Heere Haren* „*Florens, Grave van Holland, in deser manieren, dat hij* „*mij dien borch weder hevet verleend, mij ende mijnen* „*rechte arfnamen van hem te houdene ende sijnen naecomelinghen te rechte arfleene, alzoo dat nyet versterven en* „*mach op den Grave van Holland alzo langhe, alse tot Arkele een recht arfname es, mare dit huis ende deze borch* „*zal bliven altoes des Graven van Holland ende sijnen naecomelinghen op ende of vrilike te ridene, ende sine vrien* „*den van sinen wege, soo wanneer sys te doene hebben. Ende zo wye die Herscap van Arkele besittet, ende mijn* „*rechte arfname es, die zal die borch besitten in diere maniere, dat hier vorsproken is.*

„*In oirconde van desen brieve, die wart gegeven in ons* „*Heeren Jaeren dusent tweehonderd ende negentich, des* „*dixxendaghes vore Sente Marcus daghe.*" — Vid. MIERIS, l. l. Tom. I. pag. 504.

successu temporis factum est, ut alii etiam ex Ingenuorum numero hoc nomine insigniri coeperint. Novi illi Nobiles tum Nobilitatem inferiorem constituerunt, ut ita distinguerentur a Nobilibus primariis, qui Nobilitatem superiorem effecerunt.

De Hollandiae Nobilitate inferiori praesertim quaedam exponere nobis proposuimus, ut ita ex antiquitatis nebulis ejus origo atque jura lucide apparerent. Cum initio, uti in Capite praecedenti nostrae dissertationis monuimus, Comites Hollandici provinciae suae procurationem tantummodo sive administrationem haberent, jus autem imperandi penes Reges esset, postea regii nominis auctoritate et summis et inferioribus ludibrio facta, quod Regibus neque virium satis neque rerum experientiae esset, ut majestatis suae decus sustentare possent, evenit, quod exspectandum erat, ut, illis vel invitis vel consentientibus, Comites ditiones vel praefecturas, quas variis titulis obtinuerant, jure hereditario ad posteros transmittere coeperint. Regum exemplum in territoriis suis nunc imitantes, ex classe ingenuorum vel liberorum hominum, qui quidem natalium ratione Nobilibus primariis erant similes, verum intuitu bonorum et dignitatus

tis ab illis multum differebant, quosdam ad beneficia admiserunt, praesertim qui in bello virtute et fortitudine, domi sagacitate et consilio Patriae magna officia praestiterant.

Et habebant Comites, unde donationes istas seu beneficia facerent. Reges enim Francorum et Imperatores Germanici illis, bene de Imperio merentibus, multos lateque patentes agros cum universis illis appendentibus et adjacentibus in proprium dederant (*a*).

Ex hisce itaque terrarum donationibus praesertim Hollandiae feuda, quorum dominus directus

(*a*) Sic Francorum Reges Arnulfus, Carolus simplex et Imperator Germaniae Otto III. Hollandiae Comitibus Gerulfo, Diderico I et II. terras inmensas in proprinm concesserunt. Modus, quo hae donationes fiebant, rite cognoscitur ex litteris Regis Arnulfi:

„ *Notum esse volumus, ita ille scripsit, omnibus Sanctae*
„ *Dei ecclesiae fidelibusque nostris, praesentibus scilicet et*
„ *futuris, qualiter quidam fidelis et venerabilis Comes nos-*
„ *ter, Gerolfus, mansuetudinem nostram deprecatum est,*
„ *ut ei quasdam res juris nostri in proprium concederemus.*"
„ *Cujus petitioni lubentur annuentes ita fieri decrevimus:*
(hic sequitur hobarum atque mansarum enumeratio, quas Rex donat). Et in fine: „ *Et ut haec concessionis nostrae*
„ *auctoritas firmior habeatur, et per futura tempora a fide-*
„ *libus nostris verius credatur ac diligentius observetur, ma-*
„ *nu nostra subter eam firmavimus, annuloque nostro sigil-*
„ *lari jussimus.*" — Litterae apud DOUSAM exstant; *Annal. Holl.* Lib. VII. pag 370.

tus Comes habebatur, atque Dynastiae, cum juribus suis ac Jurisdictione exstiterunt. (*a*)

Plurimi Ingenui, Comitis Vasalli sic facti, in diem clariores evaserunt. — Comites autem ex politica ratione eorum favorem omnimodo captare studentes, honoribus variis eos decoraverunt. Ministeria inprimis aulica in eos contulerunt, ita ut jam ab initio Comitis vicarii, centenarii, decani, pincernae, dapiferi, cancellarii etc. electi sint; qui munerum respectu universe Ministeriales dicebantur. (*b*)

Neque hoc satis. — Mox enim titulum Nobilis, qui proprie tantum Nobilitati superiori competebat, Ingenui illi sibi vindicaverunt, qualis titulus, bonis feudalibus hereditariis factis, etiam a patre in liberos transferri coepit.

Cum ad militare servitium etiam obstricti essent, saepe sub nomine Militum, vel militaris ordinis Virorum, occurrunt. Sic apud Bekam, in vita Wilhelmi Episcopi: „ *Theodoricus de Brederode, Henricus Castellanus Leidensis, Wilhelmus de Egmonda, milites, profunda pelagi transfertantes exoraverunt Regem Angliae.*"

Ve-

(*a*) P. Bort, *over de Domeinen ende Leenen*, dag. 352.
(*b*) Mieris, *l. l.* tom. I. pag. 129.

Verum enimvero, cum non omnes Ingenui tanti favoris gratiaeque participes essent facti, plurimi sub nomine Ingenuorum, (*Welgeborenen*) antiquo suo in statu remanserunt, ita ut, quamvis Nobilibus natalium ratione pares essent, tamen, honore et potestate non tantopere inclarescentes, ab illis distingui coeperint. (*a*)

Hi Ingenui novam civium classem sic constituentes, vel in urbes se contulerunt, vel rure degentes, privilegiis ac Juribus ex eorum ingenuitate oriundis contenti vixerunt. (*b*)

Nobiles in terris suis viventes, ibi castella seu arces, quos ex Graeco Πυργος, uti videtur, *burgten* nostrates Germanici appellarunt, (*c*) Comite permittente, aedificaverunt, ut ita magis con-

(*a*) Van Leeuwen, *Batav. illustr.* pars I. cap. 8. p. 339.

(*b*) Magna erant jura et privilegia, quibus Ingenui gaudebant, eorumque plura cum Nobilibus communia habebant. Sic e. g. feudorum erant capaces. (Mieris, tom. I. pag 355.) A tributis erant inmunes (*vry van lot en schot*) vid. *Charta Alberti Bavariae*, 3 *Octobr. anni* 1359. Tamquam Iudices in Comitis tribunali sedebant, unde recte Grotius: *Hier uit is voortgekomen, dat dezelve Regters, die men ook gezwoorne leenmannen ende mansmannen noemt, doorgaans Welgeboorne mannen genoemd worden.*

(*c*) Livius, libr. 27. cap. 32: *postero ad Castellum (pyrgum vocant) copias omnes eduxit.* — Addatur Rutilius Numantianus, Itinerar. versu 223. *Pyrgi recedunt.*

contra se invicem vel hostem quemcunque tuti essent, et quietius fructus agrorum suorum pecorisque sui perciperent, quibus eo tempore maximam partem divitiae constabant. Armorum gestio, ob seculi conditionem adeo necessaria, ut omnia fere gladio deciderentur, Nobilitatis occupatio fuit carissima: a tenera aetate Nobiles jam arma tractabant, et bellico ardore flagrantes, satis exerciti, Equites tanquam scutiferi sequebantur. In certamine, cum mortis pericula undique minarentur, Equitibus aderant, eorumque equos armaque parata tenentes, illis statim succurrere solebant, si metus adesset ne in pugna succumberent. (*a*)

Quamdiu hi scutiferi vel armigeri nondum Equites creati essent, *Jonkers* dicebantur, sive etiam *Knapen*, quod secundum nonnullorum scriptorum sententiam erant agiles et manu prompti, nam id Belgice *Knap* significat. (*b*)

Si eorum virtus, constantia atque fortitudo e-

cla-

(*a*) Van Loon, *Aloud. Reg. v. Holland*, pag. 260 seq.

(*b*) Inde filius Johannis Comitis Jonkheer Willem van Holland, atque Comitis Florentii V. filius, Jonkheer Willem Jan, nominabantur, quippe qui nondum in ordinem equestrem recepti erant. Vid. *Hondert van M. van der Hoyen*, libr. I. pag. 612. — De Rouck, pag. 26.

claruissent, si honoris causa in pugnis se praestitissent viros, aetate 21 annorum impleta, equestrem dignitatem ambire iis licebat. Haec vero dignitas ab Imperatore, Duce, Comite, aliave illustri persona, modo esset Eques, (a) multis cum solemnitatibus, in eos conferebatur. Sic, inter alia, jurejurando se obstringere debebant: ad animi magnitudinem, honestatem, comitatem, aliasque virtutes semper colendas; — sanctae religioni vitam impendendam; — viduas, minores, orphanos atque innocentes per duellum aliove modo defendendum; — Principi ejusve vicario in rebus mundanis obediendum. — Quae si promisissent, Comes aliusve Eques eorum

(a) Nihil intererat, an Imperator, Dux aut Comes, aliusve aliquem Equitem creasset. Satis erat, si ipse modo Eques esset. Nam quamvis scriptores sint, qui Imperantis solummodo jus Equites creandi olim fuisse contendant, eorum tamen sententiae plane obstare videntur, quae habentur in actis Ultrajectinis: „ *Anno* 1481, 13 *Octob*, sic in iis „ legitur, *zijn die van Utrecht uit haer ſtadt gegaen, omme* „ *dat blockhuys op de Vaert, dat van den Hollanders belegert was te ontſetten, en tusſchen wegen comende, heeft Heer* „ *Jan Borchgraef van Montfoort in den velde Vincent van* „ *Swanenburch Ridder gemaeckt, ende die maeckte voort Willem van Wachtendonck Ridder, ende de Heer Zweder van* „ *Montfoort maeckte Dirk van Zulen Ridder. Dit gedaen* „ *zijnde, gingen zy ſtoutelick, en welgemoet na den Hollanders toe.*"

rum cervicem ense ferire solebat, exclamans: „*In gloriam Dei omnipotentis vos Equites* „*creo atque proclamo, nostrumque in collegi-* „*um suscipio. Mementote vero, quantos dolo-* „*res sanctus Servator pro nobis sit passus;* „*quomodo in prospectu plebis nudus ac vul-* „*neratus crucifi sit affixus. Vos itaque moneo* „*et adhortor, ut ejus injurias recordamini,* „*crucifem suscipiatis, mortemque ejus ul-* „*ciscamini.*"

Hisce ritibus peractis novi Equites statim in pugna ludicra cum adversariis quibusdam concurrere solebant, ut ita arma gerendi suae dexteritatis publica specimina darent. (*a*)

Equestris dignitas olim tanti aestimabatur, ut etiam Principes quasi summam gloriam illam ambierint. — Sic Rex Wilhelmus, Hollandiae Comes, a Rege Bohemiae (*b*), ejusque filius Florentius a Duce Brabantiae (*c*) solemniter Eques creatus est, cum etiam, ne exemplis ex pa-

(*a*) JOH. DE BEKA, in magno Chronico Belgico, pag. 266. hasce solemnitates, in Equitem creando usitatas, latius describit.

(*b*) MEERMAN, *Geschiedenis van Graaf Willem van Holl.* tom. I. pag. 230.

(*c*) *Magn. Chron. Belg.* pag. 252.

patriae annalibus desumtis tantummodo utamur, Franciscus I., Franciae Rex, ab heroë Bayardo in ordinem equestrem susceptus fuerit.

Quamvis Plebeji raro ad equestrem dignitatem admitterentur, cum praecipuum ad hoc esset requisitum: „ *dat elken man, die Rid-*
„ *der worden wil, si van edelen bloede gebo-*
„ *ren, als van Ridders aert of meere,* (*a*) hi interdum tamen, si facinoribus praeclaris excelluissent, talis honoris participes sunt facti. (*b*)

Cum Equites calcariis auratis ornati essent, saepe sub nomine *gulde sporen* memorantur.

Sic auctor Flandrici chronici in enumerandis Nobilibus, caesis in pugna sanguinolenta, anno 1302, apud Corterycke sive Cortracum urbem commissa, „ *De Conynck*, inquit, *van Ma-*
„ *jorke enz., ende meer dan seven hondert*
„ *vergulden sporen.*"

Praeter Equites, qui magno in Hollandia fuere numero, ex pluribus insuper Baronibus, castelli Praefectis seu Burggraviis, (*Burggraven*) atque agminum Ducibus, (*Baenrotsen, Bannerheeren*) Nobilitas Hollandica constitit, quae ti-

(*a*) Veldenaer, *Chron. v. Holl.* pag. 35.
(*b*) Matthaeus, *de Nobilitate* libr. IV. pag. 983.

titulorum differentia maxime provenit ex discrimine bonorum, e. g. Comitatus, dynastiae, ambactiae etc., quas possidebant Nobiles, quorumque nomina plerumque gerebant; vel ex diversitate munerum, quibus fungebantur. (*a*)

Titulus Baronis a *baro* derivatus, quae vox antiquo tempore significabat *vir*, a Francis ab Normannis receptus erat, iisque concedebatur, qui in terris suis summam Jurisdictionem exercerent, quorumque dynastiae Comitum tributis exemptae erant. (*b*)

„ *Barons*, ait S. VAN LEEUWEN, *waren de*
„ *Vryheeren, die welke het hoogste reghtsgebied oefenden, en welkers heerlijkheden vry*
„ *waren van graven beden. Als te zien is*
„ *by de uitspraek van Hertog Philips van*
„ *Bourgondien van* 11 *Junii* 1452." (*c*)

Hi autem Barones, quod ad dignitatem, Comi-

(*a*) VAN SPAEN, *Inleiding tot de Historie van Gelderland*, tom. IV. pag. 247.

(*b*) Vid. de variorum scriptorum de hujus vocabuli origine et significatione sententiis, NOLTENIUS *in Lexico anti-barbaro*; sed addatur HULLMAN, *Geschichte des Ursprungs der Stände in Deutschland.* tom. I. pag. 54 seq. Editionis anni 1806.

(*c*) S. VAN LEEUWEN, *Rooms Hollands Regt*, tom. I. n° 9. pag. 43.

mitibus quidem cedebant, Equitibus vero praeponebantur; quod confici potest ex pluribus chartis, in quibus ante Equites semper recensentur Barones.

Castelli praefecti seu Castellani (*Burggraven*) olim magno honore fruebantur. — Comites, in omnibus fere rebus Imperatorum vices suscipientes, etiam in terris suis Castellanos seu Burggravios constituerunt, ut arcis seu burgi cujusdam militibus praeëssent praesidariis, imo vero omnem rei militaris curam in burgo isto, et in territorio ei annexo gererent, justitiam administrarent, fiscumque curarent.

Sic majores nobilissimi generis de Wassenaer ab antiquissima aetate munere Castellanorum Leidensium in Hollandia functi sunt.

Jam anno 1083 Adelwinus Castellanus inter testes recensetur, qui subscripserunt Comitis Theoderici IV. diplomati, quo Comes ille confirmat progenitorum concessiones ecclesiae Egmondensi factas; qui Adelwinus jure inter progenitores familiae Castellanorum Leidensium, seu Dominorum de Wassenaer computari videtur. (*a*) Fidem enim rei facit A LEIDIS, in

(*a*) Diploma illud Theoderici V. exstat apud KLUIT, *Cod. Diplom.*, pag. 125.

in Chron. Belg. Lib. XV. *cap.* 8., quippe qui hunc Adelwinum, Castellanum Leidensem vocat, eumque sub Theoderico V. inter Hollandicos Nobiles recenset.

Munus illud Leidensium Burggraviorum, initio ministerii tantum nomine, dein vero, feudi jure et titulo in dominos de Wassenaer collatum fuit, ita ut ab eo inde tempore haec dignitas, ut hereditaria possessio, penes illustrissimam gentem Wassenariam per multa secula manserit usque ad annum 1651, quando magistratus Leidenses omne illud jus emerunt in usum civitatis suae. (*a*)

Vi hujus muneris domini de Wassenaer non tantum in burgo Leidensi curam rei militaris atque redituum cum Justitiae administratione habebant, verum etiam in magna parte territorii vicini Rynlandiae auctoritatem suam exercuerunt.

Praeter hos Leidenses Burggravios aliosque (*b*) in

(*a*) S. VAN LEEUWEN, *Rooms. Holl. Recht*, lib. I. tom. 19. pag. 44.

(*b*) Sic v. c. etiam illustrissimae genti Teylingianae praefectura arcis Geertrudenbergae mandata erat, uti ex antiqua charta patet, quam, ut parum cognitam, integram hic dabimus. „ *Hertoghe Willem*, in eo legitur; *maken cond* „ *allen luden dat wy* SYMON VAN TEYLINGEN *onsen ghetru-* „ *men*

in Hollandia, etiam extra eam in Belgio, plures Castellani inclaruerunt, inprimis Domini de Voorn, Zeelandiae Castellani; Castellani Bruxellenses, Bruggenses, atque Curtrasenses, aliique. Varia diplomata apud KLUIT, in *Cod. Dipl.* et MIERIS, in *Collectione Diplòm.*, clare demonstrant, quanto honore hi Burggrâvii sint gavisi, cum vel ipsi, ut Castellani Zeelandiae, pacta, quasi Principibus pares, inierunt, vel tamquam fi-

„ *wen man ende knape bevolen hebben ende bevelen mit desen brieve, onse Borch te Sinte Gheerdenberghe te behouden ende te bewaren tot onsen behoef, ende ons of den ghenen die uit bevelen sullen, die Borch te leveren soe welken tijt, wijs begheren ende hijs met onsen openen brief vermaent wort ende anders nyemande. Ende van dezen Borch te bewaren so sal hi hebben mit hem XX. personen XV. wapenture ende V. dienstlude daerop III^c. ℔ Hollans s'jaers enen ouden schilt voer XV. Sc. Holls. gherekent. Ende geloven hem dat wy hem nog sinen erfnamen nyet van den Huse vorscr. doen en sullen eer wy hem voldaen hebben van den Cost na den beloep van dien tijd dat hire op wesen sal ende van alle coste, die hi aen den huse vorsz. leghhen sal te timmeringhen bi den rentmeyster van Zuitholland ende bi den Schepenen van Sinte Gheerdenberghe. Ende dat sal gheduren tot onsen wedersegghen in Orconde. — Ghegheven te S. Gheertrudenberghe op Sinte Gregorius dagh in 't jaer ons Heren MCCCIIII.*"

jussu Dni Comitis	S. Dns de Yselsteyne
ad relationem Dnorum	Jo. Zuurmond, militis
Jo. de Bueren et	Henrici Popponis, Presbiteri.

fidejussores, obsides, et testes a summo Imperante sint adhibiti.

Agminum Duces (*Baenroetsen*, *Bander- of Baenderheeren*,) ita nominati fuerunt: „ *Om*„ *dat zij heeren waren der banden of benden* „ *die sy leyden, of heeren der banieren en ven*„ *delen, die sy oprigten.*" (*a*) Illis jus competebat insignia gentilitia in vexillis suis depicta habendi, et inferiores vasallos sub eo ducendi (*b*).

Quantus Hollandiae Nobilium olim numerus fuerit ex annalibus patet, cum legamus decem Comites, mille Equites, centumque agminum Duces Comitis Wilhelmi III inaugurationi anno 1305 interfuisse.

„ *Soo dede hi beroepen* (Comes Wilhelmus „ III.) *een hoff tot Haerlem, daer waren tien* „ *Greven, hondert Baenroetsen, ende dusent* „ *Ridderen, ende Ridderscaps ende edelre* „ *luden sonder getal*" (*c*). Quamvis enim non-

(*a*) *Beschrijving van Zuid-Holland*, pag. 101.

(*b*) Vid. VAN SANDE, *in tractatu praelim. ad consuet. Feud. Gelriae*, Cap. III. § 7.

(*c*) VELDENAER, *Chron. v. Holl.* pag. 73. Nobiles praecipui hac aetate in Hollandia fuerunt: Domini van Brederode, van Teylingen, van Heusden, van Arkel, van Botersloot, van Putten en Stryen, van der Leck en Pola-

nonnulli Nobiles peregrini huic numero adnumerati sint, quippe qui etiam ad hanc solemnitatem accesserunt, magna tamen pars ex Hollandiae Nobilibus constitit, unde intelligitur, quanta, parvi Comitatus Hollandici territorii habita ratione, hac in regione Nobilitas adfuerit. Nobilium auctoritas sensim paulatimque accrevit. Cum enim in bellis continuis, victoria ab eorum auxilio, fidelitate, virtuteque magna pro parte dependeret (*a*), Comites ex politica ratione Nobilium gratiam sibi conciliare studentes, in diem honoribus majoribus eos accumulaverunt.

Sic eos in consilium adhibuerunt, si de rebus magni momenti deliberandum esset, cujus rei praeclarum exstat exemplum in litteris Adelhei-

lanen, van Heukelom, van Asperen, van Ysselsteyn, van Wassenaer, van Vijanen, Persijn, van Haerlem, van Haestrecht, van Egmond, van Elshout, van Drongelen, van Leyenburg, van Woude, van Heemskerk, van Raaphorst, van Poelgeest, van Sassem, van Naaldwijk, van Duven, van Tol, van Assendelf, van Zijl, van Adrichem, Uyterwijk, van der Goude, van Cralingen, van Heesbeen, etc. — Cf. VAN LEEUWEN, *Batav. Illustr.* Tom. I. pag 742.

(*a*) Ita e. g. omnes fere Nobiles, Wilhelmi I. Comitis partibus addicti, fortitudine sua Adae maritum, Comitem de Los, ad Hollandiae regimen adversario relinquendum cogerant.

heidis Comitissae ad Johannem Regem Angliae de matrimonio Adae filiae ita scribentis: „*Sciatis enim, quod praedicta filia mea data est* „ *Comiti in praesentia multorum Nobilium hominum et Ministerialium de terra Hollandiae, quorum consilio et assensu res facta est, quorum nomina haec sunt:*

„ *Rogerus de Merehum (l. Merehem)*
„ *Hogo de Worn (l. Vorn)*
„ *Theodericus de Alcana (l. Altena)*
„ *Simon et Johannes et Isbrand de Harlen (l. Harlem)*
„ *Willielmus de Teylinge.*
„ *Walpertus et Florentinus de Leda,*
„ *Arnand. et Henr. de Riswic.*
„ *Walterus de Egmund.*"

„ *Et multi Hominum et Ministerialium de* „ *terra Hollandiae, quorum nomina vobis ex-* „ *ponere longum esset.*" (*a*)

Comites etiam Nobilibus jusserunt, ut tanquam testes suis actibus vel pactis subscriberent, cujus rei permulta exempla apud Mieris habentur; seu etiam tanquam fidejussores et obsides eos adhibuerunt, uti patet ex pacto Ludovici de Los

(*a*) Mieris, tom. I. pag. 152.

los cum Theoderico Episcopo Trajectensi, quo fidejussores et obsides dedit: Henricum de Riswic, Johannem Persin, Isbrandum de Harlem, Stephanum de Sulen, aliosque Nobiles. (*a*)

Praeterea Comites prae ceteris nomen honorificum *Har* vel *Heer* Nobilibus dare solebant, (*b*) cui nomini saepius etiam nonnulla adjungebant epitheta, v. g. *Eerzame*, *Wyze*, *Erntfeste*, *Lieve*, *Byzondere*, vel omnia simul, vel separatim.

Subinde multis privilegiis Nobiles gavisi sunt, de quibus mox videbimus.

Diversae fuerunt causae, quibus factum est, ut postea Hollandiae Nobilium numerus decresceret. Hoeksiorum et Kabeljaviorum contentiones multum ad hoc contulisse videntur, cum bellum illud sanguinolentum Urbium potius contra Nobiles, quam vel matris vel filii propter jura, inter cives certamen fuit. Omnes enim fere Nobiles Margarethae partibus addicti erant. Sic domini van Duvenvoirde (*c*), van Polanen

(*a*) Mieris, l. l. Tom. I. pag. 144.

(*b*) Wagenaar, *Vaderl. Histor.* Tom. II. pag. 308.

(*c*) Philippus a Duvenvoirde, primus sui nominis, ex stirpe dominorum de Wassenaer ortus erat. A feudo Duvenvoirde, quod a suo fratre Diderico de Wassenaer tenebat, nomen suum desumsit. Philippus ille vixit a°. 1226.

ſten (*a*), van der Lecke, van Brederode (*b*), van Binkhorst, van Heemstede, van Oudtshoorn, van Poelgeest, van den Woude, van der Boechorst, van Raaphorst, van Hodenpijl, Uten-

(*a*) Domini de Polanen similiter ex familia de Wasseſtaer suam originem trahebant; a quibus Dominis de Polanen iterum descenderunt Comites van den Berg. Cf. J. M. TE WATER, *Verbond ende Smeekschriften der Nederl. Edelen*, Tom. II. pag. 196 in notis.

(*b*) Domini illustrissimi de Brederode a Comitibus Hollandicis descenderunt, et quidem a Diderico III. Vid. KLUIT, *Holl. Staatsregl.* Tom. IV. pag. 35. — Adsunt tamen nonnulli scriptores qui dominos de Brederode Wilhelmi I. Comitis liberos naturales existimant, quorum sententia melius refelli non posse videtur, quam verbis VELDENAERII, in *Chron. Holl.* dicentis: „ *Hier voormaels* „ *heb ick tot ſomtyden den ſommigen hoiren ſpreecken ut haet* „ *ende nyt ende ut partyen op ten Heer van Brederode*, „ *alsdat hy gewonnen ſoude weſen ut bastardyen van Hol-* „ *lant, van den eerſten Greef Willem, dat al te qualyck* „ *geſproken is, wantet verſierde logentael is, als men met* „ *waerheyt vynden ſal. Want ic dat onderſocht hebbe met* „ *ganſcher herten, ſo vynde ik in oude ſchriften, en in vee-* „ *le oude bezegelde brieven, die ouder ſyn veele jaren dan* „ *Greef Willem, die ic ſelve geleſen, geſien, en in myn hand* „ *gehad hebben, die die Heren van Brederode van ouſt be-* „ *zegelt hebben met groten uithangenden zegelen van witten* „ *was, ſittende te peerde, gelyk der Princen ſegel van Hol-* „ *lant, ende hadden die wapen van Hollant en den ſeghel* „ *mit die barenſteel gebroken, ende dier brieven ſyn nog veel* „ *in Hollant.*"

Ex gente Brederodiana iterum ex nonnullorum sententia orti sunt domini van der Duyn et van Teijlingen, qui in-

Utenwaerde, van Wassenaer, van Rodenrise, van Alckemade, van der Burch, van Riede, van der Zile, van Cralinghe, van der Does, van Zane aliique, arma pro Margaretha sumserant, cum domini van Egmond (*a*), van Heemsker-

insignia gentilitia antiquorum Comitum Hollandiae gerunt, tanquam a filiis eorum legitimis descendentes.

„ *Dat die van van der Duyn*," ait VAN LEEUWEN, *Batav. Illustr.* Tom. I, pag. 941. „ *wettelyk gesproten syn van* „ *de Heeren van Brederode, uit den Huyse der Graven van* „ *Hollant, blykt notoirlyk, omdat sy van ouds tot huyden toe* „ *altoos hebben gevoerd het volle wapen van Holland, alleen*- „ *lyck gebroken met een Lambaen of barensteel, synde een se*- „ *ker kenteken van een wettige jongen soon, gelyk dit klaer*- „ *lyck te bemerken is in de wapenen der Heeren van Brede*- „ *rode en Teylingen, twee van de principaalste uit de Gra*- „ *ven van Holland gedescendeert.*" — Hisce plane conveniunt, quae PONTUS HEUTERUS, *Rer. Burg. in genealogia gentis Brederodianae*, pag. 74. de familia van der Duyn annotavit. „ *Dedericus Brederodius*, inquit, *dictus van der* „ *Dunius, quod duxisset Machtildem filiam ac heredem fa*- „ *miliae van der Duniae, ortae e Comitum Verdunorum fa*- „ *milia apud Lotharinges; ut mihi e manuscripto demonstra*- „ *vit libello Guilelmus van der Dunius, qui scriptus est ante* „ *centum annos, ac fratri suo Nicolao van der Dunio, ve*- „ *nationis apud Hollandos praefecto, dono datus est ab Hen*- „ *rico XX. Brederodii domino.*"

(*a*) Vera gentis Egmondanae origo haec videtur: Walterus Abbas Egmondanus Berwoldo cuidam, homini ingenuo, defensionem sive advocatiam Abbatiae confidens, ipsi mansum quemdam feudi jure tradiderat, quo in mansu Berwoldus ille arcem edificaverat. Vid. PHILIPPUS A LEYDIS, *Chron. Egm.* Cap. 23. Ab hac arce seu castello, Egmond

kerken, van Waterland, solummodo essent Nobiles praecipui, qui contra Comitismam communem causam cum urbibus fecissent (*a*).

Ita in diversas partes discendentes per centum et quinquaginta annos cives contra se invicem arma gesserunt (*b*).

Quantum vero Nobilitas, pars illa, quae tandem succubuit, ex hicce nefariis contentionibus damnum et detrimentum accipere debuerit, facile intelligi potest. Continuo enim strenue dimicantes, multi Nobiles vel ceciderunt, vel castellis agrisque suis devastatis, ad pauperiem redacti sunt.

Tyranno Philippo II. regnante, non minus Hollandicorum Nobilium decrevit numerus.

Nam cum quotidie edicta sanguinolenta promulgarentur, cum tribunal quoddam religiosum, in quo Hispanici judices contra leges patrias de civium vita atque bonis judicabant, introductum esset, Nobiles, civium miserrima conditione commoti, jurejurando se obstrinxerunt, ad libertatem animorum vindicandam.

In-

mond van den Hoef vulgariter dicto, nomen suum domini de Egmond acceperunt.

(*a*) Nobil. DE JONGE, *Hoeksche en Kabeljaauwsche twisten*, pag. 216 et Bijlage III et IV.

(*b*) WAGENAAR, *Vaderl. Histor.* Tom. III. pag. 372.

Inter Hollandicam Nobilitatem acerrimos libertatis defensores hac occasione se praestiterunt domini Hendericus, et Lancelot van Brederode; Cornelis van Alkemade; Otto van Arkel; Cornelis et Paulus van Assendelft; Lodewicus van den Binkhorst; Johannes et Wilhelmus van Blois, dicti van Treslong, Maximilianus van Blois, dictus Cock; Daniel, Floris, Otto, Rutger atque Wessel van den Boetselaer; Bernt, atque Johannes van den Bongaert; Johannes van der Does; Arent atque Wilhelmus van Dorp; van der Duyn; Arent, Jacobus, Didericus et Gijsbertus van Duvenvoirde; Albrechtus, Frederijckus, atque Otto van Egmond; Adrianus van Swieten; Cornelis et Jacobus van Wijngaerden; Godefredus van Haestrecht; Gijsbertus et Johannes van Matenes; van Merwede; Wilhelmus van Moerkerken; Harbartus van Raephorst; aliique, quos omnes hic nominare nimis longum esset (*a*).

Nobiles primo per libellos supplices rogaverunt, ut remedia mitiora contra hereticos adhiberentur. Dein vero, ita crescente Hispanorum crudelitate, ut homines viventes ad ignes et rogos traherent, ad arma volantes, duce Aura-

(*a*) Cf. TE WATER, l. l. Tom. I. pag. 236 seq.

riaco Principe, et Regi Hispanico et Pontifici Maximo, quorum ille tot populis imperabat, hic tot Regibus, aperte resistere sunt ausi.

Tantaque conantes multi gloriose pro patria ceciderunt, vel in captivitatem abducti, Albano jubente, publice capite sunt truncati; (a) alii vero, in religione Rom. Catholica colenda perseverantes, Hollandiam reliquerunt, suasque sedes alibi collocaverunt.

Hisce causis, quibus accedit, quod; jugo Hispanico abjecto, ab Ordinibus novi Nobiles creati non sint, praesertim nobis factum videtur, ut antiqua Hollandica Nobilitas tantopere sit diminuta.

Bo-

(a) Inter Hollandiae Nobiles, qui patriae carissimae vitam impenderunt, memorari sine dubio hic merentur domini van Egmond et van Hoorn Bruxellis carnifici trucidandi traditi; Lancelot van Brederode, cui eadem sors fuit Harlemi, postquam hancce urbem per multas menses contra Hispanos fortiter defendisset; (VAN METEREN, *Nederl. Histor.* Lib. IV, pag. 88.) Wessel van Boetselaer anno 1567 in pugna quadam, apud Oosterweel commissa, caesus; (HOOFT, Lib. IV, pag. 132.) Wilhelmus van Dorp in obsidione urbis Steenwijk occisus; (BOR, *Nederl. Oorlogen*, Lib. XXIX, pag. 19.) Johannes Blois van Treslong, anno 1568 capite truncatus, aliique plures, viri meritorum magnitudine celeberrimi. Vir doct. VAN KAMPEN, *verkorte Geschiedenis der Nederl.* Tom. I, pag. 279. narrat: trium tantummodo dierum brevi spatio, octodecim Nobiles, magna cum fortitudine et constantia, mortem subiisse Bruxellis.

Bona, quae Nobiles possidebant, duplicis fuere generis, vel *propria*, vel *feudalia*.

Propria dicebantur, quae Nobiles a parentibus per hereditatem acceperant ab omni servitio libera, nulliusque juri submissa, quaeque ad heredes suos libere, et sine contradictione Principis, transmittebant. (*a*)

Bonis hisce propriis sive allodialibus, bona etiam quae ex quaestu proveniebant, quamvis improprie, accensebantur.

Bona feudalia fuerunt, quae Nobilibus a Principe concessa erant, sub conditione fidei et servitii militaris.

Feudalia illa nonnulli immediate ab Imperatore tenuerunt, cui tantummodo eorum ratione obedientiam praestiterunt, veluti qui Κατ'ἐξοχὴν Nobiles, Barones aut Dynastae dicti, praedia sua, uti supra jam demonstravimus, ab omni alio-

(*a*) Eccard, *ad Leges Salicas*, *Tit.* 62. „ *Proprium*, „ dicit scriptor antiquus Dominici, de praerogativa allodiorum, *seu proprietas duplex; alia quippe aloda seu hereditas, proprium paternum aut maternum erat, alia non a parentibus accepta, sed labore aut parcimonia comparata quaesito dicebatur: sed postea et comparata alodis nomine vocaverunt eoque perventum, ut alodia, liberi juris praedia, quae nec fidem, nec pensilationem deberent, generaliter dicta*."

aliorum jurisdictione immunia possidentes, Imperatori tantum paruerunt.

Ad alterum bonorum feudalium genus, illa bona referebantur, quae Comites, tamquam terrae domini, donaverant. Cum enim liberi homines seu Ingenui, e quibus dein Nobilitas inferior est orta, pro muneribus suis, tam aulicis quam militaribus, remunerandi essent, Comites iis agros cum jurisdictione aliisque juribus donaverunt.

Haecce feuda initio tantum virilia erant. Nam, cum omnis feudi origo esset, ut daretur alicui rei cujusdam usus, hac lege, ut is, cui datus erat, danti fidelitatem praestaret, praecipue in eo positam, ut ipsi in bello auxilio suo adesset, sexus, cui natura vires dedit minores, quique Martis certaminibus minus aptus videtur, a feudorum possessione initio exclusus fuit.

Postea tamen Principes in vasallorum gratiam permiserunt, ut etiam foeminae ad feuda admitterentur. Sic Wilhelmus II. anno 1251. Theoderico dicto Beukel permisit, ut bona quae in feudum tenebat, filio deficiente, filiae seniori possidenda relinqueret (*a*).

Flo-

(*a*) Charta sic sese habet:
„ *Wilhelmus dei gratia Romanorum Rex semper augustus*
„ *universis imperii fidelibus praesentes literas inspecturis gra-*
„ *tiam*

Florentio V. regnante, ejusmodi feudorum delationes in filias multiplices occurrunt, cum Comes ille anno 1276 in Henrici Castellani de Leyden, et anno 1291, in favorem Philippi de Wassenaer, talia concesserit (*a*).

Vasalli, Principis exemplum imitantes, mox etiam subvasallis, dein *Mansmannen* dictis, filiarum in feudum successionem permiserunt, e. g. dominus de Voorn, qui jam anno 1230 Florentio de Woerd, consanguineo suo, facultatem concessit omnia bona, jure feudali ab ipso acquisita, filio deficiente, filiae natu majori relinquendi (*b*).

Simili modo, quo feuda illa, sic etiam Ambactiae Dynastiaeque, plurima parte ex jure feudali possessae, degeneraverunt.

Am-

„ *tiam suam et omne bonum: ad noticiam universitatis vo-*
„ *lumus pertinere, quod nos Theoderico dicto Beukel feodum,*
„ *quod a nobis tenet filie sue seniori, si ipsum sine filio mo-*
„ *ri contigerit auctoritate regia liberaliter duximus conce-*
„ *dendum. In cujus rei testimonium presens scriptum con-*
„ *scribi et sigillo nostre serenitatis jussimus communiri. Da-*
„ *tum apud Trajectum anno Domini millesimo ducentesimo*
„ *quinquagesimo primo decimo sexto, Kalend. Aprilis Indic-*
„ *tione IX*ᵃ. — Vid. J. MEERMAN, *Gesch. v. Graaf Willem v. Holland*, Tom. II. in *Codice Diplomatico*, pag. 359.

(*a*) KLUIT, *Holl. Staatsreg.*, Tom. V. pag. 268; et MIERIS, Tom. I. pag. 537.

(*b*) KLUIT, l. l. Tom. V. pag. 270.

Ambactiae ita vocabantur, quod originarie tantummodo essent munera seu officia in causis civilibus cujusdam territorii jus dicendi, quae Comites saepe cum praediis concedere solebant: „*Wij geven hem*, sic in litteris scribunt, „*het ambacht*, — *of onzen gerechte van den* „*ambachte. Wij geven dit met alle erven*, „*gerechten*, *mannen*, *en alle toebehooren*, *in* „*wat manieren die goeden genoemd mogen* „*wezen.*" (*a*)

Cum vero ambactiae domini, propter absentiam suam aliamve causam, hoc munere seu officio continuo ipsi fungi non possent, Comites illis saepe permiserunt, ut aliquem instituerent, qui simili modo, quo ipsi in jurisdictionis administratione repraesentabant Principem, etiam illos repraesentare possent. (*b*)

Hae ambactiae, ex singulari Principis erga dominum benevolentia, nonnumquam ad liberas et altas Dynastias evehebantur, cujus effectus erat, ut non amplius Balivorum, qui Comitis nomine magno territorio praeërant, jurisdictioni subjectae essent.

Id-

(*a*) Mieris, Tom. II. pag. 167, 643 et 667.

(*b*) P. Bort, *Tractaat over de Domeinen en de Leenen*, pag. 37.

Idcirco liberae vocabantur Dynastiae, quasi ordinaria jurisdictione exemptae, altae vero; quia domino jus vitae atque necis in iis exercere licebat. (*a*)

Haec quod ad bona Nobilium.

Si in privilegia inquiramus, quibus prae ceteris olim in Hollandia Nobiles gavisi sunt, magna illa fuisse apparet.

Nonnullis honoribus non nisi Nobiles fungi poterant; ita v. c. *Balivi*, ante seculum XVI, Nobiles esse debuerunt, cum etiam hi soli ad officia aulica admitterentur. (*b*)

Quando homicidium sive aliud crimen in Nobilem commissum esset, gravius in reum animadvertebatur, quam si caesus aut laesus esset haud Nobilis.

Imperatrix Margaretha de hac re ita constituerat anno 1336, 24 Aug.:

„ *Soo*

(*a*) Kluit, *Holl. Staatsreg.* Tom. V. pag. 274 seq. — Eruditissimus auctor ibi duas citavit litteras, unam, qua Wilhelmus Bavariae, Hollandiae Comitis Alberti filius natu major, in favorem sui fidelis Philippi de Wassenaer promittit Ambactiam de Oestgeest ad liberam dynastiam statim evehere, si Comes esset factus; alteram, qua Albertus Dux, in gratiam Equitis Johannis van den Woude, respectu Ambactiae de Warmondt, idem est pollicitus.

(*b*) Van Loon, *Aloude Reger. v. Holl.* Tom. V. pag. 492; et Mieris, Tom. III. pag. 96.

„ *Soo wie misdoet tegen een welgeboren* „ *man, die edel ware half ofte daer beneden,* „ *waer t' wonden of aen t' bloedrijsen, of mit* „ *ſlagen, dat ſal te waren ſtaen, by den* „ *Schout ende Schepenen, gelyck een huys-* „ *man, ende dat ſelve ſal men beteren mit* „ *tweevoudige gelden.*" (*a*).

Et in Zeelandiae privilegiis anni 1496: „ *En-* „ *de van den mesdadigen goede ſal men des* „ *dooden maghen beteren, es hy Edel C pond,* „ *ende es hy onedel XXV pond, ende voert* „ *elck naar zynder edelheyt.*" (*b*).

Plurimis in causis Ignobiles etiam contra Nobiles testari non poterant.

Sic Comes Florentius V. in privilegio anno 1291, 6 Apr. Kennemerariae incolis concesso, scribit:

„ *Die Balliu, of die Ambochtsheer, of die* „ *Schout en magh geenen vryen man winnen* „ *ter boete, ten zy met vryen luyden.*" (*c*)

Quantum talia instituta delicta committendi illecebrae fuerint magnae, facile intelligitur, cum,

(*a*) Mieris, Tom. II. pag. 723.

(*b*) *Observatien over* H. de Groot, *Inleid. tot de Holl. Rechtsgeleerdheid*, Tom. III. pag. 66.

(*c*) Mieris, Tom. I. pag. 536.

tum, testibus saepe deficientibus, sontes evaserunt incolumes.

In Nobilium favorem praeterea statutum erat, ne ignobilis judex de nobili homine judicium ferret: „ *Negheen Scoutate*, *die niet edel en* „ *is*, *ne mach gheenen edelen man bannen*; „ *noch jegens hem seggen waerheyt*." (*a*)

Subinde, uti sanctior erat Nobilis persona, ita nec arresto detineri poterat. (*b*)

Magnum vero Nobilium privilegium in hoc constitit, quod tributis essent inmunes.

Ex Wilhelmi Comitis Hollandiae charta anni 1305 id satis effici potest: „ *Nos Wilhel-* „ *mus*, ibi dicitur, *Comes Hannoniae*, *Hol-* „ *landiae*, *Zeelandiae et dominus Frisiae*, „ *notum omnibus facimus*, *dissentiones nuper* „ *exortas fuisse inter Nobiles nostros ex una*, „ *et plebem ex altera parte*, *etc.* — *Quam ob* „ *rem*, *etc. Atque ibi ex communi feuda-* „ *lium consilio statutum est*, *ut omnes illi*, „ *qui stirpis suae nobilitatem probare non* „ *possunt*, *vectigalia et portoria una cum* „ *reliqua plebe persolvant*." (*c*).

Post-

(*a*) Mieris, Tom. I. pag. 314 et 315.
(*b*) Van Loon, *Aloude Reg.* *v. Holl.* Tom. V. pag. 485.
(*c*) Boxhorn, *Theatr. Urb. Holl.* Cap. 7.

Postea tamen, ipsorum Ordinum rogatu, omnium tributorum aequalitatem Carolus V. constituit, adeo ut omnis Nobilium immunitas ab eo tempore cessaverit.

Haec praecipua Nobilitatis sunt privilegia. De aliis, uti de jure venandi, quod, cum venatio verissima videretur rerum bellicarum imitatio, jam ab omni memoria Nobilibus proprium fuit, scriptores consulantur, late de iis disputantes.

Ne majori indagatione nimis a proposito abduceremur, quod ad Hollandiae Nobiles attinet, haec sufficiant.

§ II. DE URBIBUS.

Europa medii aevi initio miserrimum praebet spectaculum. Flagrans primariorum ambitio, vis ac potentia ubicumque, ceterorum libertas nullibi fere.

Illi nisi a Deo suoque gladio dependentes se agnoverunt; hi magna parte servi erant, et animalium instar, dominorum rebus annumerabantur.

Accedebat arrogantia sacerdotum, universa saeculi superstitione miro modo adjuvata.

Pontifex maximus imperium suum a sacris etiam

etiam in mundana haud frustra proferre conabatur, Judicisque officium in litibus Principum, quo jure nescimus, usurpare est ausus. Denique, ne quid audaciae deësset, Ecclesiae decretis vim legis attribuens, caecam obedientiam ab omnibus exegit.

Sic duplex tyrannis miserrima hac aetate exstitit, Procerum scilicet atque Ecclesiasticorum, quae saeculorum caligine gaudens, mentium socordiam atque inscitiam fovebat.

Tyrannis tanta, leges humanitatemque ipsam despiciens, cum inter reipublicae ruinas adesset, de moribus ac virtutibus vix erat quaestio. Omnes fere notiones boni ac justi evanuerunt; omnia fere ex fortioris jussu fuerunt ordinata.

Hollandia talem statum abjectum cum omnibus fere Europae regionibus participans, servis scatebat, qui secundum servitutis gradum, agrorum genus, quos colebant, aut initas conventiones, mancipiorum, hominum propriorum, colonorum, curmedialium, censualium, aliove nomine inter se invicem distincti fuere (*a*).

Ter-

(*a*) ARNTZENIUS, *Jur. Civ. Belg. Institut.* Tom. I. pag. 106. seq.

Terrae annexi censebantur, in quo nati erant et habitabant, officiaque diversa, tam domi quam rure, praestabant domino. Eo invito abire non poterant, quod si fecissent, bona eorum in potestate erant domini, qui pro lubitu de iis disponebat (*a*).

Expeditiones cruciatae remedium attulerunt saluberrimum, hanc conditionem servilem mitigandi aut tollendi (*b*).

Cum enim fanatico ardore non tantum, verum etiam praemiis incitarentur omnes, ut terram sacram ab Turcarum dominatione liberarent, plurimi servi arma sumserunt, ad libertatem sibi promissam acquirendam.

Accedebat majoris humanitatis sensus, magis magisque excitatus, postquam Cruciati Orientales regiones, eo tempore doctrinarum artiumque sedes, visitassent; commerciumque cum iis instituissent (*c*).

In

(*a*) Meerman, *Geschied. v. Willem II*, Tom. I. pag. 25.

(*b*) Hüllman, *Staedtewesen des mittelalters*, Tom. I. pag. 207; Cf. etiam commentatio viri Consultissimi J. G. van Nes, cujus titulus: *over den publieken Geest*, edita in *de Bijdragen tot Regtsgeleerdheid en Wetgeving, verzameld en uitgegeven door Mr.* C. A. den Tex *en Mr.* J. van Hall, anni 1827, Tom. II. N°. 4.

(*c*) Asia ea aetate tantopere praecelluit Europae, ut in-

In Italia mox urbes exstiterunt liberae. Hoc exemplum imitantes, Franciae, Germaniae, Angliae aliarumque regionum civitates magna parte servilia fregerunt vincula. (*a*)

Hollandia universam hanc rerum conversionem participavit, cum etiam hac in regione urbes excitari, variisque privilegiis condonari coeperint.

Sic Comes Wilhelmus anno 1213 Geertrudenbergae privilegium dedit, per quod tales libertates huic urbi concessit, quas, Dordraco solo exepto, nulla urbs adhuc accepisse videtur (*b*).

Dord-

si inter duas illas orbis terrarum partes comparationem instituamus, facile assentiamur Cl. Heeren, *Verhandeling over de Kruistogten*, dicenti:

„ *Wat is de geschiedenis der middeleeuwen in het westlijk*
„ *Europa, anders dan de keerzijde van het schitterend tafe-*
„ *reel der Arabische beschaving gedurende datzelfde tijdperk?*
„ *Wat was zelfs de monarchie van Karel den Grooten, te-*
„ *gen die van zijnen tijdgenoot Haroun den Geregtigen?*
„ *Wat beteekenden de schatten, de handel, de kunstvlijt van*
„ *het toenmalig Westen, tegen die van het Oosten? Wat*
„ *waren toen Aken en Parijs, in vergelijking van Bassora*
„ *of Bagdad? Hoe weinig beduidde de geleerdheid der Mon-*
„ *nikken, bij de veel omvattende kennis der Arabische Ge-*
„ *leerden?*"

(*a*) Robertson, *Inleiding tot de Hist. van Karel V.* pag. 58 seq.

(*b*) Mieris, Tom. I. pag. 158.

Dordraco solo exepto, inquam, nam, quámvis vulgo credatur, Geertrudenbergam primam urbem fuisse, quae in Hollandia libertatibus sit munita, haec tamen sententia minime nobis assumenda videtur.

Invenimus enim apud Vir. Ampl. VAN DE WALL, *Handvesten en privilegien van Dortrecht*, pag. 295. chartam antiquissimam, in qua Theodericus VII. Comes Hollandiae anno 1200, mense Februarii, ita scribit:

„ *Ego Theodoricus Dei gratia Hollandiae* „ *Comes et A.* (Aleidis) *Hollandiae Comitessa* „ *uxor mea tam praesentibus quam futuris* „ *notum volumus fieri quod oppidanós nostros* „ *de Durdrech in eorum jure tali decrevimus* „ *libertate in praedicto oppido gaudere vide-* „ *licet quod nullis infra Durdrech liceat pan-* „ *nos ad venditionem incidere nisi illis qui ab* „ *hoc officio denominati sunt eo quod panno-* „ *rum incisores appellati sunt et nisi in fra-* „ *ternitate .... oppidanorum ad Durd-* „ *rech attinentium. Et ut hec pagina nostre* „ *institutionis sarta et inconvulsa permaneat* „ *eam sigillorum nostrorum appensionibus et* „ *testium subscriptionibus corroboravimus.*

„ *Testes ii sunt hi: Boudinus de Haltena,*

„ *Hu-*

„ *Hugo de Vorne*,
„ *Gerardus de Hurst*,
„ *Gillis de Lecke*,
„ *Sygerus Buth.*
„ *Egidius de Wendelnesse et Scabini de Durdrech.*
„ *Datum apud Durdrech per Witt. Not,*
„ *anno Dominice incarnationis M. CC. mense*
„ *Februarii.*"

Ex hoc diplomate igitur apparet, urbem Dordracum anno 1200 jam gildam pannicidorum a Comite perpetrasse, eoque tempore jam suos habuisse Scabinos, ita ut jure inde concludi posse nobis videatur, immerito Geertrudenbergam primam haberi urbem, cui in Hollandia privilegia sunt consessa.

More urbes libertatibus muniendi in Hollandiam vix introducto, praeter Dordracum atque Geertrudenbergam, aliae plures urbes a Comitibus privilegia acceperunt. Sic Harlemo anno 1245, Delphis anno 1246, Alcmariae 1254 privilegia sunt data (*a*).

Inter haec privilegia praecipuum illud fuit, ut oppidani nemini servitia praestare tenerentur: „ *Na-*

(*a*) Mieris, Tom. I. pag. 219, 228, 283.

„ *Nadien dat iemand poirter gemaekt is,*
„ *en is hy niet schuldig iemand dienstman te*
„ *weesen, maar hy sal gebruiken die vryhee-*
„ *den der poirten na den poirtrecht.*" (*a*).

Oppidani etiam ad duella judiciaria suscipienda cogi non poterant, nullusque extra urbem habitantium eos testimonio convincere potuit. (*b*)

Haec vero aliaque plura privilegia oppidanis ea conditione dabantur, ut annuatim certum tributum solverent in indemnitatem scilicet tributorum, (*van cijns en tijns*) quae, territorio liberando, amisisset ejus dominus.

Sic in privilegiis dicitur: „ *Oppidani de Har-*
„ *lem solvent mihi aut meo heredi Hollandiae*
„ *annuatim et in perpetuum ad natalem do-*
„ *mini X libras et in feste Johannis X libras.*"

Veruntamen non tantum sub conditione annuam hanc pensionem solvendi libertas concessa est urbibus.

Plerumque enim alia adhuc commoda sibi stipulati sunt Comites.

Inter cetera, ut urbes cum certo militum nume-

(*a*) *Charta Comitis Wilhelmi II. anno* 1245. *data.*

(*b*) Raepsaet, *Supplement a l'analyse historique et critique de l'origine et des progrès des droits des Belges et Gaulois*, pag. 379.

mero, aut cum navibus quibusdam in bellis gerendis auxilium ipsis praestarent; (*a*) vel etiam ut, si ad Imperatoris curiam evocarentur, si uxorem ducerent, si Equitum Ordini adscriberentur et inaugurarentur, vel in bello capti essent, certam darent pecuniae summam. Hinc in privilegiis Harlemi: „ *Voirt meer, wair dat zake dat mi of*
„ *den waere Heere yen Holland beviel te varen tot des Kyzers hove, off een wyff te nemen, of Ridder te werden, tot elcken van deeze zullen mi gelden die poirters van Haerlem* 20 *pond; oer waert dat enich mynre fusteren, of des waeren Heeren van Hollandt huwlic dede, die voirseyde poirters van Harlem zullen mi gelden* 15 *pont. Voirt meer, waert dat myn broeder, of des waeren Heere van Hollandt broeder Ridder ware gemaakt, of een wyf nam, die poirters van Harlem fullen gelden tot elcken* 15 *pont.*" (*b*).

Oppidis vix jure civitatis donatis, plurimi servi, durissimum dominorum jugum abjicientes, praesidium ac tutelam intra urbium muros quae-

(*a*) MIERIS, Tom. I. pag. 231, et VAN DE WALL, l. l. pag. 20.
(*b*) MIERIS, Tom. I. pag. 158.

quaesiverint. Hi servi, quamvis in urbe admitterentur, plerumque tamen non statim oppidanorum jurium fiebant participes, verum tum demum, si per annum et diem, aliudve per tempus definitum a dominis non vindicati essent; oppidanorum libertate illis frui licebat. (*a*)

Comites haud parum contulerunt, ut urbes viribus in diem crescerent.

Regiminis enim feudalis effectu Principis auctoritate diminuta, magnorumque ejus vasallorum potentia aucta, Comites ex politica ratione urbibus favebant, ut in illis scilicet aliquid haberent, quo Nobilibus frenum injicerent, quippe qui audacia atque arrogantia in diem crescebant (*b*).

Oppidani enim fortissimi suorum jurium contra aggressiones quascumque illis videbantur defensores.

De novo vero Principes in vitium inciderunt, quod

(*a*) Hüllman, l. l. Tom. I. pag. 209.

(*b*) Sire de Joinville, *in vita Sancti Ludovici*, pag. 155 et 156, dicit: „ *Le Roi favorisa les grandes villes, pour* „ *abaiser ses Barons;* quod etiam de Comitibus Hollandicis dici potest, quippe qui, ad Nobilitatis auctoritatem diminuendam, urbibus maxime faverunt. Nobiles, cum hoc intelligerent, omnibus viribus studuerunt, ut jura atque privilegia sua intacta servarent.

quod regimini feudali inerat, cujusque pessimas sequelas civitates nimis expertae erant.

Tantum enim aberat, ut, occasione data, vinculum restituerent, quo populus sibi arctius ligaretur, quodque diu fractum jacuerat, cum ex legibus feudalibus magna pars populi, magis Nobilibus, quibus immediate subjecta erat, quam quidem Principi obediret, ut contra, in communitatum personis moralibus aliud vasallorum genus creantes, Principes iterum subditos a se alienaverint. Communitas autem, tamquam persona moralis spectata, eadem fere officia, quae vasallus, domino praestare debuit, eorundemque jurium capax fuit. Tam fidem et homagium, quam servitium militare, illa praestabat Principi, aliisque vasallorum obligationibus adstricta erat. Praeterea in aula et exercitu utpote persona moralis repraesentari solebat, et quidem a magistratu a Principe creato, a quodam e civibus electo, a Senatu, e cujus medio membrum aliquod delegabatur, vel a magistratu sub nomine Burggravii. (*b*).

Inde sequebatur, oppidanos Communitatis per-

(*a*) Cf. Erud. MEIJER, *Esprit*, *origine et progrès des institutions judiciaires des principaux pays de l'Europe.* Tom. IV. pag. 51.

personae moralis vasallos, Principis vero subvasallos fuisse, illi inmediate, huic tantum mediate subjectos; quod observatu est dignissimum, cum ex eo plurima urbium instituta explicentur facilius. Similiter enim, prouti subvasalli in curia feudi domini tantum causam agebant, sic etiam oppidani tribunalis communitatis modo obediebant sententiis.

Nam Comites, libertatibus urbes instruentes, iis etiam leges praescripserant, quibus constitutum fuit, ut oppidani haberent jurisdictionem singularem, quam Principis magistratus, Balivus seu alio nomine dictus, cum certo Scabinorum numero exerceret.

Hi Balivi, a Comite creati, (a) ejus nomine tribunal convocabant, in eoque praesidebant.

(a) Antiqua dignitas ac potestas Balivorum rite cognosci potest ex codicillo, quo dux Wilhelmus Bavarus, die veneris post diem S. Mathiae Apostoli, id est 24 Febr. anni 1354, Diderico, Jacobi filio, fideli suo, mandat Balivatum Schiedami.

„ *Hertoghe Willem*, ita legitur, *doen cond allen luden, dat* „ *wy bevolen hebben ende bevelen, mechtich gemaeckt hebben* „ *ende maken onsen, geir ouwen Dirc Jacobszone onsen Baliu-* „ *scap van Schiedam te bedriven ende te bewaren, tot onser* „ *eren, ons ende ons lants oirbaer, in alle dier manieren en-* „ *de seine, alse wise anderen baliuwen hier voertiits bevolen* „ *hadden, ende gheven hem macht, die scouten, boden, en-* „ *de anders ambochtsluden, die den baluiwe toebehoren van* „ *Scie-*

bant. Erant Procuratores publici, qui, ex peculiari suo munere, jurium Principis tuendorum et criminum vindicandorum curam habebant, Scabinorumque sententias exsequebantur. (a)

Mul-

„ *Sciedamme, te setten ende t' ontsettene, wanneer ende alsoe dicke alst hem oerbaerlic duncken sal. Ende hieraf sal hi hebben jaerlix voer syne wedden alsoe vele als onse voerleden baliuwen pleghen te hebbene. Ende hierbij en sal onse baliu voerscr. ons ghenen cost rekenen van Klerken noch van Knapen; ende hi noch syn gesinde en zullen nyet comen eten tot onser Herberghe, het en ware dat si aldaer ghebeden worden. Ende van deser baliuscap sal hi ons goede rekeninghe doen of den ghenen die wyt bevelen tot onsen vermanen. Ende wanneer hi van ons ontboden worde te comene by ons of ghesendt worde van ons buten syn cadedrive, soe sal hi elx daghes hebben voer sinen coste alsoe vele als onse baliuwen voerleden ghehadt hebben, van de baliuscap voerscr. ende ontbieden ende ghebieden allen onsen goeden luden van onser baliuscap voerscr. dat si onsen. baliu vorsz. in alle dinghen, die onser baliuscap toebehoren, ghehorich, ghehulpich ende onderdanich syn, ghelyc of wyt selve waren. Ende wy gheloven Dirc Jacobssone vorsz. nyet wte onser baliuscap te zettene, voer die tyt, dat wy hem vol ende al betaeld hebben, ende hi ons mit goeder rekeninghe bewisen mach dat wy hem sculdich mogen bliven. Ende alle dese voerschreven punten sullen ghedueren tot onsen wederseegghen. In oerkonde desen brieve beseghelt mit onsen seghele. Ghegheven tot Sinte Gheerdenberghe, des Vrydaghes na Sinte Mathysdach Apostels, int jaer ons Heren M°.CCCLIIII."*

jussu Dni Comitis S. Dns de Yselsteyne
ad relat. Dni. de Kuuc et Joh. Blonde.
Th. de Th.

(a) Meijer, *Inst. Jud.* Tom. IV. pag. 166.

Multis in privilegiis Balivi etiam appellati sunt judices, (*a*) quare gravem in errorem inducti sunt nonnulli, statuentes: eos judicium tulisse; magis enim honoris, quam officii causa judicis nomen gesserunt.

Scabini erant judices, qui inter accusatorem et reum pronunciabant. Eorum institutio quodammodo libertatis palladium eo tempore nominari licet, quo arbitrariae resistebatur Principis ejusve Balivorum puniendi potestati. Nam e civibus electi, hi Scabini erant arbitri aequissimi in causis, de quibus inter cives lis orta erat.

Creabantur a Comite, vel postea ab ejus Balivo, (*b*) et quamvis initio eorum numerus non esset definitus, cum tantum cives ad judicandum habiles a Balivo convocarentur, (*c*) dein, simul cum tempore, per quod munere suo fungerent, ille numerus determinabatur.

Hoc

(*a*) De Riemer, *Beschrijv. v. s' Hage*, Tom. II. pag. 73.

(*b*) In privilegio tamen Ducis Alberti Bavari, anno 1404 urbi Heusdae concesso, exceptio datur. In eo enim permisit Princeps: *Dat die seven Scepenen, die dat jaer Scepen geweest hebben, seven andere Scepenen kiesen mogten.* Oudenhoven, *Beschrijv. der Stad Heusden*, pag. 235.

(*c*) E privilegiis et foederibus quibusdam hoc conficimus, cum in iis de Scabinis, uti singulari hominum classe, fiat mentio. Cf. Mieris, Tom. I. pag. 473, 478, et 479.

Hoc tempus exiguum fuit, cum quolibet anno Scabini solebant innovari, ob metum ne potestate sua abuterentur (*a*).

Munus suum suscipientes jusjurandum sequens praestabant: „ *Dat vonnisse wysen en sal dy* „ *niet laten om vader noch om moeder, om* „ *suster noch om broeder, noch om oom noch* „ *om moeije, noch neve noch om nichte, noch* „ *om geenrehande giften, noch om nyde, noch* „ *om gave, noch om geenrehande have, noch* „ *genoot, noch om geenre Heeren wille, noch* „ *om stede gebodt, noch om geenrehande noot,* „ *noch om die vrese van der doot;*" (*b*) qualis jurisjurandi praestandi mos omnino est annotandus, cum inde rite explicetur, quare saepe Scabini nominentur Jurati.

Balivus et Scabini etiam urbis fuerunt administratores, qui omnia negotia ad urbis politiam spectantia ordinaverunt. „ *Wanneer gesloten,*" ita in privilegio a Florentio V. anno 1266 Leidae concesso legitur, „ *en geordineert sal wesen by den acht geswoorens en den Rigter,* „ *tot profyt en bevorderinge der stad, t'selve* „ *sal*

(*a*) *Rechtgel. Observ. op* H. DE GROOT, Tom. IV. pag. 113.
(*b*) OUDENHOVEN, l. l. pag. 259.

„ *sal van een ygelick voor goed gekent en* „ *vastelick onderhouden worden.*" (*a*)

Hae tamen ordinationes (*Keuren*), salva Principis auctoritate (*behouden heerlickheden en graeflicker gewelt*) fiebant, nihilque in iis statuere licebat de jurisdictione, magistratuum muneribus, eorumve electionibus (*b*). Comites enim metuentes, ne jus illud de rebus urbanis statuendi in abusum abiret, has clausulas salutares ut facerent, necessarium crediderunt. Eandem ob rationem non in perpetuum, sed ordinario tantum per semestrium vel annum, hanc facultatem magistratibus concesserunt (*c*).

Cum prima communitatum forma esset societatis hominum, jurium sibi aequalium, cives quodammodo etiam urbis regiminis erant participes, praecipue, si de rebus ageretur, quae non Comitis imperium juraque, verum omnium utilitatem spectabant, vel omnibus oneri erant, v.

(*a*) Van Leeuwen, *Batav. Illustr.* pag. 1414. Sed addatur privilegium Wilhelmi III. eidem urbi anno 1306 datum, in quo legitur: „ *So wat by die acht Scepenen en by* „ *den Regter gemaekt ende gekeurd wort, ten oirbaar en tot* „ *vorderinge der Poorteren voorseyt, dat sal gelovet en vastgehouden syn van onsen alleman.*"

(*b*) Kluit, *Hist. der Holl. Staatsreg.* Tom. IV. pag. 146.

(*c*) Mieris, Tom. II. pag. 669, et Tom. I. pag. 222.

v. g. si de rebus pecuniariis similibusque ageretur. Hac autem occasione, cum in Europa ea aetate valeret principium, ex systemate domaniali ortum, ut subsidia, quae ad explendum Principis aerarii defectum necessaria erant, numquam, nisi subditorum consensu, exigi possent, omnes oppidani primo tempore a magistratibus convocari solebant, ut hac de re deliberarent.

Accisas inponendo esculentis ac potulentis, cujus jus a Comitibus, sive ad tempus, sive in perpetuum, concedebatur urbibus, subsidia urbana tum praecipue exigebantur. (*a*)

Civium vero numero dein valde aucto, omnium convocatio difficilior evasit.

Plures enim cives, nil aerario inferentes, crassa ignorantia et pauperitate, vel communitati suffragium ferendo nocuissent, vel ipsi ejus auxilio indiguissent.

Idcirco constitutum erat, ut illi tantummodo con-

(*a*) Mieris, l. l. Tom. II. pag. 49. Chartam exhibet, qua oppidanis Zierikzeae jus accisas inponendi anno 1305 datur. Cum haec antiquissima ejus rei nobis videatur concessio, inde conficimus, ante annum 1300 nulli urbi hanc facultatem competiisse. Praeterea ex hac charta probari potest, I°. Oppidanorum consensum requiri ad accisas inponendas, II°. Principis auctoritatem ad illud necessariam fuisse.

convocarentur, qui divitiis, sapientia ac rerum agendarum prudentia pollebant.

Ex antiquis monumentis haec mutatio, qua scilicet ad certum numerum restringebantur cives, qui in consilium adhiberentur, manifeste apparet. Anno enim 1331 Roterodami adhuc scriptum invenimus: „ *Wy Scepenen Raed en* „ *de gemeene Poorteren binnen Rotterdam*;" anno vero 1348, „ *Wy Schout, Schepenen,* „ *ende Raet, — dat wy met — goeddunckem* „ *onser Vroedschap ende Rykheid, etc.*" (*a*)

Eodem fere tempore factum, ut Balivo ac Scabinis, qui, negotiorum mole accrescente, labore nimis gravati erant, consiliarii sive consules nonnulli adjungerentur, qui, e civibus electi, in deliberando iis adessent, quibuscum Senatum urbanum constituerent, cujus Senatus nomine nunc ditiorum ac sapientiorum convocatio fiebat. Plures scriptores hunc Senatum perperam confuderunt cum oppidanis illis, qui, divitiis aut ingenio praecellentes, sub nomine *Vroedschap*, ad concilium urbanum convocabantur. Valde enim a se invicem illos distinctos fuisse, variae nos docent chartae. (*b*) Uti

(*a*) *Beschrijv. v. Rotterdam, door* LOIS, pag. 261 et 266.
(*b*) MIERIS, Tom. III. pag. 272.

Uti vero omnia humana instituta sunt mutabilia, sic praesertim illa civitatum, quae varias ob causas mutantur saepissime.

Perspicuum hic datur exemplum. In urbibus quippe Hollandicis mox factum, ut numerus oppidanorum, qui certis de rebus a magistratibus consulendi erant, minor adhuc evaserit. Collegiis opificum (*Gilden*), in diem majorem potestatem sibi arrogantibus, magna parte illud adscribendum videtur.

Haec sodalitia exstiterunt ex quadam operariorum inter se invicem conjunctione, ut adeo artibus operisque, quas exercebant, magis prospicere, meliusque, mutuo sibi auxilio praestando, eas protegere possent. (*a*)

Seculo XIII. eas fere ubique in Hollandiae urbibus Principis consensu constitutas videmus. Nam, quamvis jam antea earum vestigia occurrant, hoc inde factum est, quod quaedam urbes regimen municipiorum Romanorum quodammodo conservassent, in quibus etiam collegia opificum adfuisse legimus (*b*).

Cum initio, mercaturae artibusque, magna iis prae-

(*a*) Hüllman, l. l. Tom. I. png. 315.
(*b*) Eichhorn, *Ursprung der Städtischen Verfassung*, not. 251.

praestanda tutela, prodessent, dein, ex invidia ac ambitione perversa, communem non amplius utilitatem, verum proprium tantum commodum spectantia, nocuerunt quam maxime. Inde ratio, quare jam sua aetate Philippus a Leydis, cum in collegiis istis excipiendi et excludendi animo omnia ordinata et statuta spectaret, illa reipublicae perniciosa designaverit. (*a*)

Accedebat, quod haec collegia, non eo contenta, ut contra vim quamcumque se defenderent, communitatis etiam regimen participare desiderantia, mox contenderent, se, tanquam corpora singularia, integram communitatis partem constituere; quo semel admisso, factum est, ut, sodalitiis magis quam civibus constarent urbes, ita ut non amplius a civibus singulis de rebus urbanis deliberaretur, magistratusque crearentur, verum ut a diversis corporibus seu collegiis illud fieret.

Cum vero hisce collegiis opificum nonnulli praeëssent, qui jura et commoda eorum defenderent, totumque corpus repraesentarent, praefecti illi sensim paulatimque omnem potestatem omniaque jura, quibus initio singuli socii gavisi erant, usurpaverunt (*b*).

Sic

(*a*) *Cura Reipl.* pag. 16-118 et 135.
(*b*) Meijer, *Institut. Judic.* Tom. IV. pag. 83.

Sic etiam in collegiis opificum a pluribus ad paucos pervenit auctoritas, — sic fiebat, ut seculo XIV., eorum loco, praefecti (*Dekens der Gilden*) ad concilium urbanum convocarentur.

Praeter eos tamen hoc tempore etiam ad concilium urbanum illi admittebantur, qui muneribus quibusdam in urbe fungebantur aut functi erant, (*a*) vel cujusdam instituti publici administrationi praeërant. (*b*)

Usque ad seculum XV. hoc ita obtinuit. Hac autem aetate urbium magistratus, ut omnia facilius administrare majusque imperium exercere possent, omnibus viribus operam dederunt, ut collegium quoddam institueretur, quod omnes oppidanos repraesentaret. Philippus Burgundiae Dux variis petitionibus, quae hac de re sibi fiebant, aures tandem praebens, permisit, ut illi, qui nomine *Vroeden*, *Rycken*, innotescerent, ex civibus, divitiis, sapientia, aliave re praecellentibus, nonnullos eligerent, qui corpus quoddam constituerent omnes ceteros repraesentans.

(*a*) In quodam Lugduni Batavorum privilegio anni 1406 legitur: „*Des sel die Vroescip voirtan wesen ende hieten, die „an den gherecht geweest hebben, ten si, dat men meerder „Vroescip te doen hadde.*"

(*b*) Kluit, *Histor. der Holl. Staatsreg.* Tom. IV. p. 157.

tans, penes quod esset magistratuum municipalium creatio.

Sic in privilegio a Philippo Burgundiae, anno 1443 7 Sept., urbi Delphensi dato, constituitur: „ *Dat die vroescap ende rijkdom van* „ *der voorsz. Stede sullen mogen kiesen by* „ *hooren eeden, veertigh personen, de rijk-* „ *ste, eerbaerste, notabelste en vredelijkste,* „ *van wat conditie ende staet die sijn, dewel-* „ *ke den tijd van tien jaar lang, ende daer* „ *ten eynde tot wederseggen toe, alle jaar* „ *eenen dag voor den dagh die men gewoon* „ *is het Recht te vernieuwen, kiesen ende ne-* „ *men sullen by gelyken eede twee en twintig* „ *personen uytten allerrijkste ende vreelijkste* „ *mannen, ende sullen die presenteeren ende* „ *overleeveren aan den Graaf, of synen Ge-* „ *committeerden, om uyt denselven gekoren* „ *ende geordonneert te werden vier burge-* „ *meesters ende seven scepenen, tot den Gou-* „ *vernemente der voorsz. stede van Delft, dat* „ *jaar schaar duyrende; ende voirt dat die* „ *veertig sullen geroepen wesen in alle der* „ *voorsz. stede saken, gelijk die andere van* „ *de vroetscap ende rijkdom, te weten in de* „ *materien, ende tot allen tijden gewoonlijk*

de

„ *de voorsz. vroedscap te vergaderen; en ofte* „ *gebeurde, dat ymand van de voorsz. aflyvig wiert, of hem ontvryde van syn Poorterscap, sullen die anderen blyvende by hoiren eede ende conscientie een ander in desselfs plaatse kiesen.*" (*a*)

Hinc urbium regimen aristocraticum evasit. Auctoritas enim, quae hucusque penes omnes cives, aut eorum plurimos fuerat, in paucos translata est.

Pauci illi, collegium quoddam constituentes, res urbanas nunc curaverunt, de quibus antea omnibus oppidanis jus deliberandi fuerat. Sic inter populum ejusque administratores intercessit collegium, quod voluntatem suam voluntati populi substituit. Sic oligarchia est constituta, cujus pessimae sequelae metuendae erant.

Adsunt historici, qui Philippum Burgundiae Ducem accusaverunt, quasi imperandi studio talia instituisset; adsunt vero alii, qui solummodo urbium magistratibus ejusmodi conversionem imputaverunt, ex ambitione scilicet, imperium cum paucis participandi.

Si vero observemus, Philippum invitum fere petitionibus, quae hac de re fiebant, subscripsis-

(*a*) Privilegium illud Delphorum exstat apud VAN LEEUWEN, *Batav. Illustr.* Tom. I. pag. 1412,

sisse, utque collegia illa instituerentur, ad certum modo tempus permisisse, metu, ne malum quoddam inde oriretur, Princeps ille, Patriae patris titulo saepe honoratus, sine ullo fundamento accusari videtur (*a*). Potestatis enim in-

(*a*) Kluit, *Holl. Staatsreg.* Tom. IV. pag. 205 et 206. Ex nostra opinione, plures scriptores nimio odio persecuti sunt Philippum Burgundiae, eum describentes tanquam Tyrannum, qui arbitrario regnans, patriae prosperitati magnum damnum intulit. Si enim antiquorum scriptorum testimonia aliquid hic valeant, Princeps ille sub forma tam odiosa nobis non apparet. Sic Junius, in scripto quodam, quod anno 1574, Wilhelmo I. Hollandiaeque Zeelandiaeque Ordinibus approbantibus, confecit, quodque exstat apud Bor, *Nederl. Oorlogen*, Tom. VII. pag. 48, de Philippo Burgundico testatur:

„ *Hij was liever bemind ofte gelievet, ende een vader zijns,* „ *volx genaamt dan te seer ontsien ofte gevreest te syne, aen-* „ *gesien hy wist, dat de liefde het regte fundament, ende de* „ *regte bewaerdster van alle gouvernementen en regeringen is.*"

Praeses Viglius etiam, cum de impositione decimae denariae deliberaretur, medium illud extraordinarium valde inprobans, *Belgiae prosperitatis auctorem Philippum Burgundiae fuisse*, palam confitetur. (Viglius, *Commentarius Rerum actar. sub impositione dec. denar.* num. 7.) Denique in decretis urbis Goudae 23 Sept. anni 1584 legitur: „ *Den* „ *goeden Hertoghe Philips was een goedt Heer, ende heeft,* „ *met recht de name gehadt, overeenkomende met syne stamme* „ *ende werken.*" (Bor, Tom. XIX. pag. 17.) Talia verba, tempore scripta, quo antiquum Comitum regimen omnibus fere Hollandis odio erat, profecto Tyrannum spectare non videntur. Cf. Idsinga, l. l. Tom. II. pag. 391, et Tom. I. pag. 163; qui contra varias scriptorum accusationes Philippum defendit.

incrementum inde non accepit, illa enim magis ea re est diminuta, quam quidem aucta. Nam cum antea solus Princeps, vel ejus nomine Balivus, magistratus crearet, ut supra jam monuimus, haec facultas aliis nunc etiam est concessa.

Quod ad magistratus attinet, negari nequit, variis machinationibus multum eos contulisse, ut aristocratica fieret urbium regiminis ratio, cum, ea introducta, major sibi esset auctoritas ac potestas, majoraque inde perciperent commoda; verum errare videntur, qui tantum illis hoc imputandum existimant. Adest alia causa, in ipso systhemate quaerenda, secundum quod communitates institutae erant. — Illud systhema fuit feudale. — Simile vinculum, quod inter feudi dominum ejusque vasallos et subvasallos aderat, inter Principem etiam et communitatem, inter communitatem collegiaque opificum, inter ea eorumque singulos socios existebat.

Talis ordinationis effectus erat, ut inter gradu proximos arcta tantum existeret conjunctio, inter ceteros fere nulla. Sic cives singuli a Principe se alienatos videbant, unde magna administratorum orta est impunitas, optimaque imperium usurpandi data est occasio (*a*).

Si

(*a*) Meijer, *Instit. Judic.* Tom. IV. pag. 98.

Si prosperitatem atque potentiam consideremus, quibus sub Comitibus urbes Hollandiae gavisae sunt, ratio est, quare miremur, nisi in eo libertatis carissimae agnoscantur fructus, quos liberi facti oppidani in diem perceperunt majores.

Seculo XIII. Dordracum jam magnam pannorum atque mercium variarum ex lana fabricatarum mercaturam (*a*) agebat cum Anglis atque Francis, pluresque ejus naves per mare Septentrionale ac Balticum iter faciebant et commercium. Eduardus Rex Angliae anno 1290 lanarum emporium Dordraci constituerat (*b*).

Lugdunum Batavorum, Haga-Comitum, Delphi, Harlemum, Nardenum, Roterodamum, Heusda, Horna, Monachodamum, Enchusa, aliaeque urbes, seculo XIV, vel officinis suis textoriis, piscatu, vel mercatura diversarum rerum agenda, per totam fere Europam inclaruerunt (*c*).

Am-

(*a*) Lanarum commercium nostris in regionibus est antiquissimum. Frisia, sub qua Hollandia tum etiam comprehendebatur, jam Caroli magni temporibus idcirco celebrabatur. Frisiaca enim pallia tanti pretii olim habebantur, ut Carolus Imperator, tamquam rebus pretiosissimis, Regem Persiae iis donaverit. — Hüllman, *Staedtewesen des Mittelalters*, Tom. I. pag. 221.

(*b*) Wagenaar, *Vaderl. Histor.* Tom. III.

(*c*) Hüllman, *Staedtewesen. etc.* Tom. I. p. 228 et 229.

Amstelodamum hac aetate jam indicabat fore, ut omne fere orbis terrarum commercium aliquando ibi foret. Ejus mercatores cum Suecia ac Dania, cum Livonia ac Moscovia praesertim tum negotiabantur, ita ut, cum hac aetate negotiatio septentrionalis omnis reliqui commercii fons esset, intelligi inde possit, quantos thesauros illi perceperint (*a*).

Quando praeter illa, urbium Hollandicarum prosperitatis sub Comitum regimine adhuc quaeratur testimonium, illud invenimus, si magnam potentiam contemplemur, quam urbes habuisse apparet.

Sic quinque urbes anno 1475 propriis sumtibus classem armaverunt, quae mercaturam contra Francorum aggressiones defenderet (*b*).

Paulo post hae urbes etiam multas naves bellicas instruerunt, ad urbium Hanseaticarum arrogantiam puniendam, et a Gelrorum piratica mare liberandum (*c*).

Subinde si computemus, quantis sumtibus illae aliaeque maritimae expeditiones constiterint,

(*a*) Luzac. *Richesse de la Hollande*, Tom. I. pag. 21 et 22.

(*b*) Wagenaar, l. l. Tom. IV. pag. 155.

(*c*) Wagenaar, l. l. Tom. IV. pag. 362.

tint; si consideremus expensas illas a paucis tantum urbibus, quarum plurimum intererat, ut tales expeditiones fierent, latas esse, quantum urbes opibus polluerint atque valuerint, cuique erit perspicuum. Nam, ut unicum modo exemplum allegemus, parva res non erat, illas armare classes, quae annis memorabilibus 1434, 1437 et 1440, sub praefecto navali, Nobili ac fortissimo Henrico de Borselen, hostium naves ubique per mare investigaverunt, atque deleverunt, quarumque nautae, tantis tropheis superbi, scopas affixerunt malis, in signum, ut dicebant, *dat zij de zee hadden schoongeveegd* (a).

Hisce factis historicis, ne plura memoremus, satis probatur, quantae sub Comitum regimine urbium Hollandicarum fuerint opes. Iis nitentes urbes, jure impetrato, quo reipublicae concionibus iis interesse licebat, majora adhuc jura majoremque potestatem sibi arrogare sunt ausae. Comites enim, earum auxilio indigentes, nimisque saepe infirmi, ut vi illis resisterent,

(a) In bello contra urbes Hanseaticas, Hollandi atque Zeelandi, populi, quibus maritimae gloriae respectu nulla gens Europae exstitit superior, talia perpetraverunt. — WAGENAAR, l. l. Tom. pag. 530, 535.

rent, multa iis indulserunt, ut earum gratiam sibi conciliarent.

COROLLARIA.

I.

Praeter gentem Comitum, quae ex alta Nobilitate Germanica orta erat, primordio nulli Nobiles in parva Hollandiae regione adfuisse videntur.

II.

Tam Hoeksiorum et Kabeljaviorum contentionibus, quam bello Hispanico praesertim factum videtur, ut antiqua Hollandica Nobilitas tantopere decreverit. — Accedebat, quod, Hispanico jugo abjecto, ab Ordinibus novi Nobiles creati non fuerint.

III.

Bella sacra, quae medium saluberrimum attulerunt, ad conditionem servilem, in qua Patria nostra, uti omnes fere Europae regiones, versabatur, mitigandi aut tollendi, urbibus praebuerunt opportunitatem sese in libertatem vindicandi, et auctoritatem in rebus politicis acquirendi.

IV.

IV.

Falsa eorum videtur sententia, qui statuunt, Geertrudenbergam primam in Hollandia urbem fuisse a Comitibus libertatibus munitam.

V.

Comites ex politica ratione initio urbibus faverunt, ut scilicet in iis aequilibrium quoddam existeret, quo constituto Nobilibus, in diem majorem auctoritatem sibi arrogantibus, resisteretur facilius.

VI.

Systhema, secundum quod Comites communitates instituerunt, propterea nobis videtur valde vitiosum fuisse, quod, in communitatibus, personis moralibus, quoddam vasallorum genus creantes, Comites subditos iterum a se alienaverint.

VII.

Errant, qui, Comitum sub regimine, Balivos judicum munere in urbibus functos fuisse contendant.

VIII.

Collegia opificum, vulgariter sub nomine Gilden *cognita, multum tribuerunt, ut urbium regiminis forma, initio Democratica, successu temporis Aristocratica sit facta.*

IX.

IX.

Valde nonnulli scriptores errare videntur, cum Senatum urbanum, qui seculo XIV. *in urbibus Hollandiae constituebatur, confundant cum oppidanis illis, qui divitiis aut sapientia praecellentes, sub nomine* Vroedschap, *ad concilium urbanum convocabantur.*

X.

Philippus Burgundiae, Bonus cognominatus, urbium regiminis rationis respectu constituens, ut ex civibus, divitiis, sapientia, aliave re praecellentibus nonnulli eligerentur, qui corpus quoddam constituerent, ceteros oppidanos repraesentans, penesque quod esset magistratuum municipalium creatio, ex imperandi studio, ut nonnulli volunt, talia instituisse non videtur.

CAPUT TERTIUM.

Antea jam descripta Comitum potestate, nunc vero generali notione data de Nobilibus ac Urbibus, eo facilius ad ipsam Ordinum Hollandiae originis ac jurium disquisitionem progrediamur.

§. I. DE ORDINUM HOLLANDIAE ORIGINE.

Franci, populus originarie ex omnis generis militibus constans, sub duce quodam agros, imo vero vastas regiones armis occupantes, in Gallia atque Germania fixas sedes sibi elegerant. Apud eos mos invaluerat agros in bello acquisitos partiendi; quae divisio communi consensu a Rege ita fiebat, ut major pars principi cederet, reliqua pars populo, cujus quisque pro dignitate, a praefectis usque ad milites gregarios, suam sortiebatur portionem, tamquam bona, ab omni tributi onere inmunia, et cum omni jure dominii, salva tamen obligatione Reges seu

ejus praefectos in bello sequendi, salvaque summa Regis potestate (*a*). Antiquissima talis pro dignitate agrorum erat divisio. TACITUS, de moribus Germanorum disserens, de ea jam mentionem fecerat.

„ *Apud Germanos*, inquit, *agri pro nume-* „ *ro cultorum ab universis per vices occupan-* „ *tur, quos mox inter se secundum digna-* „ *tionem partiuntur; facilitatem partiendi* „ *camporum spatia praestent.*" (*b*)

Ex hac agrorum sub Francis divisione, populi bona a tributis inmunia exstiterunt, *alodia avita seu terrae Salicae* dicta; (*c*) hinc etiam Principum dominia seu domania, tam vasta; ut diu ex eorum reditibus regiminis onera ferre possent, nullaque subsidia a subditis expetere necesse haberent. Ex his dominiis, ex sylvis, fluminibus, similibusque bonis, vel ex juribus, ut vectigalibus, confiscatione, etc. constantibus, Francorum Reges magnas dein donationes fidelibus suis, Ducibus, Comitibus, aliisve fecerunt, quod omnino illis licuit, cum bo-

(*a*) BOUQUET, *Le droit public de la France, eclairçi par les monuments de l'antiquité*, pag. 6. et seq.

(*b*) TACITUS, *de Moribus Germanorum*, pag. m. 446, Cap. 26.

(*c*) BOUQUET, l. l. *praefat.* Tom. II. pag. 17.

bona illa, plena proprietate acquisita, pro lubitu alienare possent.

Reges Francici, terrae tractu, qui hodie Hollandia dicitur, occupato, ibique dominia plura habentes, ex iis etiam Comitibus, ea in regione a se constitutis, inmensas fecerunt largitiones ac donationes.

Sic Reges Lodovicus pius, Arnulfus, atque Carolus simplex suis fidelibus Gerulfo atque Theoderico I. multas hac in regione possessiones donaverant (*a*), quae quales fuerint, ex sola donatione Abbatiae Egmundanae cognoscitur, cum Abbatia illa ex liberalitate Principis tunc jam 200 mansos possideret. (*b*).

Hollandiae Comites igitur a prima aetate magna jam bona habuerunt, quae a Principe jure proprio perpetraverant, vel quae tamquam Dynastae liberi possidebant.

Dein Regum atque Imperatorum imperio se subtrahentes, omniaque fere jura atque dominia sibi vindicantes, de novo inmensa bona magnaque jura acquisiverunt (*c*). Reditus, quos Comi-

(*a*) Kluit, *Cod. Diplom.* pag. 1, 6 et 10.

(*b*) Quid mansus fuerit, docet Kluit in *Not. ad Chron. Holl.* pag. 21.

(*c*) Bona et jura haec domanialia recenset Kluit, *Prim. Lineae* pag. 123.

mites ex iis perceperunt, primo tempore illis sufficiebant ad dignitatem suam sustinendam, oneraque reipubl. propriis sumtibus ferenda.

Ne tamen inde credatur, Comites prima hac aetate nulla tributa exegisse. Falsa enim talis foret opinio, planeque antiquarum chartarum verbis contraria, in quibus legitur, Comites precarias (*s' Graven bede*, *onse bede*) exegisse (*a*).

Hae tamen precariae nihil aliud fuerunt nisi tributa ex dominiis solvenda, quae Comitibus ex jure coloniario tamquam Dynastis competiverunt, quaeque *lot*, *schot*, *morgengeld* dicta, quoque anno vel alio tempore solvi solebant (*b*). Praeter has praecarias ordinarias, Comitibus etiam extraordinariae quaedam nonnullis in casibus conferebantur, quas scilicet expresse sibi stipulati fuerant, cum privilegia pagis oppidisque dedissent.

Hae Comitum precariae necessariae late differebant a voluntariis, quae posteriori demum aetate expetebantur. Necessarias enim, inproprie preces dictas, jus exigendi perfectum Principi, ut bonorum suorum domino, competivit, itaque huic

(*a*) Mieris, Tom. I. pag. 382 et 585.
(*b*) Mieris, Tom. IV. pag. 332.

huic solvi debebant, voluntarias vero, quas Comites qua Principes precabantur, subditi conferre obligati non erant.

Primi Comites, praeter istas precarias necessarias, aliis non indiguerunt, cum sat redituum ex bonis propriis perciperent, quibus se et res Comitatus sustentare possent.

Dein vero variis de causis res sunt mutatae.

Terrarum ac jurium donationibus (*a*), quas, aeque ac antea Reges Francorum, Comites plurimas ex domaniis suis fecerant, — expensis tam in bello gerendo (*b*) quam in ceteris rebus administrandis majoribus, — luxuria, praesertim illa, quae ad pompam aulicam pertinebat, in diem crescente, (*c*) — praecipue factum

(*a*) Bona immensa Dominorum de Egmond, Wassenaer, Warmondt, imo vero omnia bona feudalia ex Comitum domaniis orta sunt, ita ut recte BORT, *over de Domeinen en hooge Ambachtsheerlijkheden*, Tom. IV. pag. 352. observaverit: „ *Dat de Graaf onmiddelbaar eigenaar geweest is van* „ *alle de leenen, die tot s' Graaflijks leenenregisterkamer be-* „ *hooren.*"

(*b*) Seculi XIV. initio Comites jam milites peregrinos comparare coeperunt, qui, quamvis exercitus stativi nondum adessent, magna stipendia percipiendo, multa pecunia Principi constabant. Cf. Doct. DE JONGE, *Hoeksche en Kabeljauwsche Twisten.* pag. 37 in notis.

(*d*) Quam magna Hollandiae Comitis aulae pompa jam seculo XIV. fuerit, ex festo, quod anno 1344 Wilhe- mus

tum, ut Comitum reditus sensim paulatimque imminuerint.

Neque sors illa tantum Hollandiae, verum omnibus Europae Principibus, uni tamen altero citius, obtigit.

Sic Philippi pulchri, Regis Franciae, reditus initio seculi XIV. non amplius sufficiebant ad onera reipublicae ferenda; (*a*) neque Robertus I. Scotiae Rex dignitatem suam propriis sumtibus amplius tueri potuit; (*b*) cum in Germania jam antea, Henderico IV. regnante, Principis aerarium exhaustum esset. (*c*)

Uno alterove modo cum huic pecuniae penuriae providendum esset, quid mirum, si Principes ad subditos refugisse legamus, quippe qui bonis, privilegiis aliisque rebus ab illis ditati erant, quibusque naturalis obligatio erat subsidia praestandi, cum civitatis commodis fruentes, incommoda quoque ferre deberent.

In regnis vero Europae fere omnibus et in prin-

mus IV. Hagae-Comitis, per quinque dies celebravit facile intelligitur. Cf. Doct. DE JONGE, *Hoeksche en Kabeljaauwsche Twisten*, pag. 35. in notis.

(*a*) BOULAINVILLIERS, *Histoire des anciens Parlements de France ou Etats Généraux du Royaume*, pag. 70.

(*b*) KLUIT, *Holl. Staatsr.* Tom. I. pag. 21. in notis.

(*c*) STRUVIUS, *Corpus Histor.* Tom. I. pag. 196.

principatibus, ex Francorum imperio vastissimo ortis, principium dominabatur, neminem ad pecuniam conferendam de suo cogi posse; quod principium ex antiquo Francorum terras dividendi more, de quo supra egimus, provenerat. Cum enim quisque bonorum partem, quam sortitus erat, ab omni tributo inmunem et cum jure dominii acquisivisset, ex sola quoque civium voluntate pendebat, an solvere vellent.

Hinc Hollandiae Comites in chartis saepe declaraverunt, subditos, citra juris necessitatem ex sola voluntate, pecuniam conferre (*a*); hinc eorum verba precaria, quibus subsidia rogabant, quae subsidia inde etiam *beden* dicta sunt.

Seculo XIV. mos precarias petendi universe invalescere coepit.

Comites Hollandiae circa hoc tempus eas etiam petiverunt, et quidem primum Wilhelmus III, quem modicam pecuniae summam anno 1323. a subditis suis petivisse legimus (*b*).

Quum tamen hac aetate pecuniam mutuam sumendi mos magis valeret, plerumque Comiti-

(*a*) Mieris, Tom II. pag. 761.

(*b*) Mieris, Tom. II. pag. 332. Cf. etiam Heeneman, in Dissertatione sua, *de Precariis Comitum, vulgo Graaffelijke beden, etc.* pag. 69.

tibus ab Urbibus, Nobilibus, vel a privatis incolis ditioribus pecunia credi solebat.

Sic Wilhelmus IV. anno adhuc 1345 urbibus Dordraco, Medioburgo, Harlemo, etc. pauloque post domino de Abcoude, multa bona sua domanialia, pro quadam pecuniae summa sibi in mutuum data, oppignoravit (*a*).

Comitum vero opibus eo modo citius adhuc diminuentibus, mox precariae majores et frequentiores evaserunt, quae, cum primum ab his illisve territorii partis incolis exigerentur, (*b*) nunc magis universe ab omnibus terrae incolis peti coeperunt. Sic necessitas exstitit cujusdam collegii instituendi, quod omnes subditos repraesentans, de rebus, subsidia spectantibus, cum Principe agere posset.

Haec prima ac vera Ordinum origo fuisse videtur, si sensu politico sumantur pro collegio quodam, a Principe constituto vel approbato, quod omnes civium classes, omnesque sine discrimine cives repraesentat, ita ut eos obliget, eorumque nomine et vice agat, et ab iis hunc in finem etiam designetur.

Or-

(*a*) Mieris, Tom. II. pag. 691 et 694.
(*b*) Mieris, Tom. III. pag. 678 et 715.

Ordinum nomen primum anno 1428 in Hollandiae Comitatus annalibus memoratum invenimus.

Cum nempe infortunatae Comitissae Jacobae, in urbe Gouda a Philippo Burgundiae Duce obsessae, nullum fere refugium superesset, tandem anno 1428 foedus cum inimico suo iniit, quo multis juribus, quibus hucusque gavisa erat, renuntiare debuit. (*a*)

Hoc autem in foedere vox *Staaten* occurrit; quae hucusque in Hollandia incognita fuerat; unde recte WAGENAAR: „ *Toen t' huis van* „ *Bourgondië hier deel in de regeering be-* „ *gon te krijgen, schijnt deze naam eerst* „ *herwaards overgebragt te zijn.*" (*b*)

Sub Caroli audacis regimine, Principis, qui bella continua gerens exercitum stativum habuit, ad quem alendum magnae requirebantur expensae, saepius vox *Staaten* in actis authenticis nobis est obvia. Sic legitur, annis 1471 et 1475 Ordines (*de Staten*) magnas precarias huic Comiti concessisse, (*c*) unde intelligi potest,

(*a*) Foedus illud lectu dignissimum exstat in opere *Groot Placaat-Boek*, Tom. III. pag. 14.

(*b*) WAGENAAR. *Vaderl. Histor.* Tom. III. pag. 486.

(*c*) VAN WIJN, *Aanmerk. op Wagenaar*, Tom. IV. pag. 44 et 45.

test, pedetentim stabiliorem formam eos assumsisse.

Maria ac Maximiliano regnantibus, magis adhuc illud constare videtur, cum in privilègio anno 1480 concesso Princeps loquatur: „ Se „ precariam quamdam rogasse, *welke de Gedeputeerden van Staten, na veel vertrekken daarop genomen, toegeseyd en toegestemd hebben*" (*a*).

Verum enimvero, Carolo V. regnante, Ordines demum collegium stabile constituerunt. Hic autem Comes Nobilium ac Ecclesiasticorum a tributis inmunitatem plane abolevit, omniumque subsidiorum aequalitatem constituit, ita ut tum generaliter, sine ulla exceptione, ab omnibus incolis tributa exigi coeperint, ad quod cum totius populi consensus requireretur, eumque repraesentantes idcirco continuo convocari deberent, hi, Principe approbante, in corpus quoddam coaluerunt.

Necessitas igitur ab omnibus civibus tributa voluntaria rogandi, Ordinum collegio instituendo, primum ansam dedisse videtur.

(*a*) *Groot Placaat-Boek*, Tom. II. pag. 675.

§ II.

§ II. DE PRIMIS COMITIIS IN HOLLANDIAE COMITATU HABITIS.

Hollandiae Comites jam ab antiquissimo tempore, coram populi multitudine, de multis rebus rempublicam spectantibus, cum consiliariis suis deliberare solebant, quod omnino primae illius aetatis simplicitati conveniebat (*a*).

Dein vero, incolarum numero aucto, rerumque mole crescente, cum ritus illius solemnis observatio, nimis esset difficilis, non amplius ita publice principes deliberaverunt, sed praestantissimos et peritissimos tantum in consilium adhibuerunt Viros.

Hi vero consiliarii olim plurimum ex Nobilibus constabant, quorum favorem, cum opibus essent,

(*a*) Multa hujus rei sunt testimonia. Theodericus V. in charta, qua confirmat progenitorum concessiones ecclesiae Egmundensi factas: „ *Actum est*, ait, *hoc publice in* „ *Flardinga coram populi multitudine anno dominice incar-* „ *nationis millessimo octuagesimo tercio. . . . . . In Dei nomi-* „ *ne feliciter. Amen.*" — Et Florentius II., nonnulla privilegia civibus Heilegomensibus concedens, scribit: „ *Et* „ *ut nostrae concessionis auctoritas stabilis et inconvulsa per-* „ *maneat omni tempore . . , . . . testes sunt: Athalardus Al-* „ *bas . . . . et alii quam plures innumerabiles, et maxima* „ *pars populi illius provinciae.*" — KLUIT, *Cod. Dipl.* Tom. I. pag. 119, et MIERIS, Tom. I. pag. 80.

sent spectatissimi, variis honoribus eos ornandis, Comites captare studuerunt. (*a*)

Morem illum antiquissimum, optimates nonnullis de rebus consulendi, et quidem initio adsistente populo, Comites a Regibus Francicis desumsisse videntur; saltem hoc quodam jure conficere licet, vinculo spectato, quod olim inter regnum illud Hollandiaeque Comitatum exstitisse probavimus (*b*).

Antiquitus enim Reges Francici quoque anno primariorum conventum convocare solebant, ut publice, i. e. toto populo adstante, de regni negotiis tractarent, nec non dona annua acciperent, quae plures e populo sibi offerre solebant. (*c*)

Uti Comitia in Francia, sic in Hollandia *Placita* dicta fuere, quod nempe ad Comitis placitum convocarentur (*d*).

Urbibus deinceps libertatis jure donatis, Comites ob varias, quas descripsimus, rationes, eas de-

(*a*) Cf. Diss. m. Cap. II. § 1. pag. 79.

(*b*) Cf. Cap. I. § 1. Dissert. meae.

(*c*) Moreau, *Principes de Morale, de Politique, et de droit public, ou discours sur l'Histoire de France*. Tom. XIV. pag. 4. — et Bouquet, *Droit public de France éclairci par les monuments de l'antiquité*. pag. 82. Add. Gautier de Sibert, *dans les Mem. de l'Acad. des Inscript.* Tom. XXXVII.

(*d*) Wagenaar, *Vaderl. Histor.* Tom II. pag. 22.

defendentes, postquam privilegia dando, mercaturam promovendo, aliisque modis earum auxissent opes, (a) eas etiam cum Nobilibus ad Comitia convocaverunt.

Florentii V. sub regimine, Principis, qui patris Wilhelmi II. vestigia premens, tantopere oppidanis favit, ut tandem victima ceciderit Nobilium vindictae, primum in actis publicis Urbium occurrit mentio. Anno scilicet 1281, in pacto de nuptiis filiae Florentii cum regis Angliae filio, *Nobiles homines et communitates bonarum villarum* memorantur (b).

Post caedem Florentii, Johannes ab Avesnes, Hannoniae Comes, minoris Hollandiae principis tutelam suscipiens, anno 1299 Comitia convocavit, in quibus pactum fuit initum ad mortem Florentii V. ulciscendam.

Huic pacto inter alios subscripserunt: „ *de* „ *Scepenen*, *Raetsmannen ende alle die ghe-* „ *mene Poorters van Dortrecht*, *van Middel-* „ *borgh*, *van Ziericzee*, *van Leyden van* „ *Delft*, *van Haerlem*, *van Alkemaere ende* „ *van Sinte Geertruydenberghe* (c).

Pau-

(a) Caput. II. § 2. pag. 102 Dissert. m.

(b) Rendorp, l. l. pag. 35.

(c) Mieris, Tom. I. pag. 612; et Wagenaar, l. l. Tom. III. pag. 130.

Paulo post urbes etiam Comitiis interfuerunt, habitis ad regimen quatuor per annos Joh. Avesni committendum (*a*).

Populi et Principis odium, qui eo tempore Nobiles persequebantur, praecipua causa haberi potest, qua primariorum auctoritate diminuente, auctoritas Urbium quotidie accrescebat.

Oppidani autem, Florentii V. caedis vindicatores acerrimi, fidelissimi videbantur subjecti; quorum gratiam ut sibi conciliaret, Principis intererat.

Sub Comitibus itaque Wilhelmo III. et IV. saepe Urbes ad Comitia admissas videmus, quae sive ob lites decidendas, sive foedera pangenda, similesve causas habebantur (*b*).

Cum vero nefariae Hoeksiorum ac Kabeljaviorum contentiones Hollandiam turbare coepissent, opportunitas exstitit, qua magis adhuc urbes viribus crescerent.

Mulieris autem imperio cum inviti Hollandi se subjicerent, Margaretha, ut animos placaret, No-

(*a*) Mieris, Tom. I. pag. 537.

(*b*) Vid. Vir Nob. Mr. J. O. de Jonge, in opere suo *over den Oorsprong, den Voortgang en de Hoedanigheid van den invloed des derden Staats in de Staatsvergaderingen van Braband, Vlaanderen, Holland en Zeeland*, pag. 69; et Mieris, Tom. II. pag. 49, 274, 575, 682.

Nobiles et Urbes ad Comitia convocabat, in quibus inter alia promittebat, se sine Nobilium et Urbium consensu ac consilio extra Comitatum bellum non esse gesturam. (*a*)

Ejus filius Wilhelmus V., postquam imperium suscepisset, in Comitiis anni 1351, cum Nobilibus nonnullis ac Urbibus pactum iniit, quo solemni modo se obstrinxit, sine eorum consilio ac consensu pacem cum Hoeksiis se non initurum, neque prole orbatum alium electurum successorem, quam fratrem suum Albertum (*b*).

Sub Alberto Bavaro Nobiles et Urbes, anno 1364, Geertrudenbergae congregati fuerunt, ut Principis cum Angliae Regina litem deciderent, quae Comitia primum *daghvaert* dicta sunt (*c*).

Sed quare plura memoremus? Exposuisse sufficit, jam ab initio Nobiles, et dein Urbes etiam ad Comitia convocatos fuisse, ut a Comite vel consulerentur, vel arbitri essent in rebus dubiis, aliasve ob causas.

Haec

(*a*) De Jonge, l. l. pag. 71.
(*b*) Wagenaar, Tom. III. pag. 280. et Mieris, Tom. II. pag. 778.
(*c*) Wagenaar, Tom. III. pag. 303.

Haec autem Comitia Ordinum conventuum primordia fuerunt.

Cum enim inde ab anno 1428, quo primum, uti alio loco demonstravimus, de Ordinibus in foedere Comitissae Jacobae cum Philippo Burgundiae duce fit mentio, Nobiles ac Urbes Ordinum nomine insigniri coeperint, Comitia etiam, ad quae vocari solebant, Ordinum Comitia nunc dicta, stabiliorem formam acceperunt.

Sic anno 1480 urbs Dordracum a Maximiliano impetravit, ut in Ordinum conventu sua primum rogaretur sententia, utque prae omnibus ceteris Nobilibus, Comites Nassavius, de Hoorn, domini de Brederode, Gruithuisen, etc. suffragia ferrent. (*a*)

Anno 1466 Philippus Pulcer litem componens, quae a Delphensibus movebatur, certum ordinem inter Urbes constituit, cum in edicto suo primum Urbes Dordracum et Harlemum, et dein Urbes Delphos, Leidam, Amstelodamum atque Goudam recenseret, easque omnes titulo Magnarum Urbium honoraret.

„ *Dat van nu voirtaen als onse Deurwaarders ofte andere Officieren eenige manda-*

„ *men-*

(*a*) KLUIT, *Holl. Staatsreg.* Tom. IV. pag. 517.

tia tantum vocatos fuisse Nobiles, qui proxime habitabant, *die naastgeseten syn*, et sex majores Urbes. Minora Comitia Hagae-Comitum in coenobio S. Dominici; majora vero, in quocumque loco ad lubitum Comitis habebantur. (*a*).

Nobiles, qui ad Ordinum conventus vocabantur, nonnumquam dividebantur in majores et minores, quamvis utrique sine discrimine ad Comitia admitterentur; (*b*) interdum etiam distinguebantur in Nobiles „ *besittende Heerlijkheden of Ambagtsheerlijkheden en Landen onder de schildttaalen geleegen;*" et in Nobiles, „ *welker Landen onder de schiltaalen niet begreepen waaren.*" (*c*)

Illi tantum conscribebantur: „ *Wanneer de omslagen gevraagd wierden op de schildtaalen;* hi vero, *wanneer tiende penningen, schoorsteengeld, mergengeld, of diergelijcke extraordinaris geëischt wierd op de landen onder de schiltaalen begreepen.*" (*c*)

Ut hujus differentiae causa bene intelligatur, animadvertendum est, olim quamdam distributio

(*a*) De Riemer, *Beschrijv. van s' Gravenhage*, Tom. I. pag. 154 et 394.

(*b*) Van Leeuwen, *Batav. Illustr.* Tom. I. Cap. 12. pag. 761.

(*c*) Van der Hoeven, *Handvest Cronyk*, Lib. I. cap. 10.

tionem urbium et pagorum secundum divitias et facultates incolarum factam fuisse, ut secundum illam subsidia exigerentur. Per quasdam tamen Dynastias, quae plurima parte Gelriae atque Ultrajectinae confines erant, haec distributio non obtinuerat, cujus exceptionis ratio fuisse videtur, quod hae nondum ad Hollandiam eo tempore pertinerent, sive etiam propter bella continua nullum tributum solvere possent. (*a*)

Nobiles, qui in corpus seu collegium quoddam coaluerant, ut ita conjuncti melius urbibus, in diem majorem auctoritatem sibi arrogantibus, resisterent, non omnes semper in Comitiis adfuerunt, sed saepe e medio suo quosdam tantum delegaverunt, qui omnes ceteros repraesentarent (*b*).

Hinc nonnumquam in actis Ordinum legitur: unum duosve tantum Nobiles in Comitiis adfuisse (*c*). Ceteri enim Nobiles, postquam primum

(*a*) Van Slingeland, *Staatkundige Geschriften*, Tom. I. pag. 35 et 36.

(*b*) *Resol. van Holl.* 27 Sept. 1565, 21 Febr. 1544, et 7 Octob. 1555.

(*c*) Comitiis 26 Jul. anni 1532 et 5 Jul. anni 1542 Nobilis Gerardus de Poelgeest solus interfuit. Cf. A. v. d. Goes, *Register van alle die Daghvaerden bij de Staten van Hollandt gehouden*, Tom. I. pag. 342 et 671.

suum inter se de causa in Comitiis tractanda deliberassent, hisce suffragium omnium ferendi facultatem tribuerant.

Nobiles tam minores urbes quam ruricolas in Ordinum conventibus repraesentare solebant, unde in Hollandiae decretis diei 16 Septembris anni 1525. dicitur: „ *Dat de Edelen mede soude* „ *worden beschreven, verantwoirdende voir* „ *den cleynen Stede ende platte Lande;*" et in quadam serie Nobilium, qui anno 1523. Comitiis interfuerunt: „ *Daghvaert anni* 1523, *en* „ *compareerden van t' platte Land en de* „ *kleyne Steden: Den Heer van Schagen,* „ *Wijngaerden, Oem, Duyenvoerde, W. van* „ *Alkemade; en de groote Steeden.*" (*a*).

Haec vero repraesentatio non semper ita obtinuit. Carolo V. enim regnante, minores civitates a Comitiis removeri coeperunt. (*b*).

Cum hae tamen anno 1518 multas querelas hac de re movissent, allegantes: „ Se nimiis prae „ reliquis gravari oneribus, neque sibi praebe- „ ri occasionem gravamina sua coram Principe „ exponendi, cum sex majores Urbes tantum „ con-

(*a*) S. van Leeuwen, l. l. Tom. I. pag. 761.
(*b*) Wagenaar, l. l. Tom. IV. pag. 412.

convocarentur; (a) iterum ad Comitia saepissime sunt convocatae, inprimis, si de subsidiis deliberandum esset. (b).

Usque ad annum 1544. hoc ita mansit. Hoc vero tempore, cum minorum urbium legati Bruxellis convenissent, Maria, Hungariae Regina Hollandiaeque Gubernatrix, Advocatum Hollandiae Ordinum VAN DER GOES rogavit, quam ob caussam minorum urbium delegati etiam advenissent; ad quae respondit Advocatus: „ *dat sy in alle* „ *beden altoos beschreven geweest en mogelijk* „ *nu ook gekoomen waren, om gelijk de groo-* „ *te Steeden kwijtscheldingen te verzoeken*," quibus valde irata respondit Gubernatrix: „ *dat* „ *de kleine Steden hier niet te doen hadden*;" atque sequenti die cum solis Nobilibus et majorum Urbium legatis deliberavit (c).

Quamvis itaque ab eo tempore nunquam iterum Ordinum collegii, verum tantum Hollandiae membra minores urbes sint habitae, (d) tamen, cum

(a) KLUIT, *Holl. Staatsreg.* Tom. IV. pag. 621.

(b) V. D. GOES, l. l. pag. 11, 16, 23, 29, 47, 98, 125, 161, 211, 272, 344.

(c) V. D. GOES, l. l. Tom. I. pag. 334.

(d) In Hollandiae decreto 5 Jun. anni 1566 dicitur: „ *Hoe-* „ *wel de kleyne Steden mede lidmaten zijn van Hollandt, en* „ *zijn nochtans geen litmaten van t' Collegie van de Staten.*"

tum de rebus, has illasve urbes proprie spectantibus, deliberaretur, ad Comitia vocabantur illae urbes minores, quarum maxime intererat, sive solae, sive cum Nobilibus et majoribus Urbibus. Hinc legimus, minorum urbium legatos Hornam, Hagam-Comitum et Nardenam ad Comitia 3. Octob. anni 1550 convocatos fuisse, ut de vitiis interrogarentur, quae in panno laneo densiori parando quotidie committebantur (*a*).

Similiter quaedam collegia, corpora vel pagi, aliquando ad Ordinum conventus vocari solebant, quod manifestum est ex actis publicis, in quibus plures ejusmodi casus occurrunt (*b*).

Aeque minus vero, quam Urbes minores, haec Collegia atque Pagi, ita convocati, Ordinum membra fuerunt; diserte enim ab Ordinibus in decretis distinguuntur. (*c*).

Si itaque de Ordinibus Hollandiae agitur, solummodo Nobiles et sex majores Urbes iis comprehenduntur, qui soli convocari solebant, quum de rebus, totam rempublicam spectantibus, vel de subsidiis concedendis esset quaestio.

Sic

(*a*) Adr. v. d. Goes, l. l. Tom. III. pag. 113.

(*b*) Decreta Hollandiae anni 1544, et 4 Aug. 1550.

(*c*) V. d. Goes, Tom. I. pag. 667; et *Resolut. v. Holl.* pag. 41, ubi legitur: *de Staten en ook de Heemraden.*

Sic inaugurationi Philippi II. Nobiles et sex majorum Urbium legatos tantum adfuisse, ex oratione patet Advocati VAN DER GOES: „ *Allergenadigste Heer!* inquit, *de Edelen ende Gede-*
„ *puteerden van de ses groote Steden van Hol-*
„ *landt, representeerende de Staten van den-*
„ *zelven Lande, dancken uwe Majesteit hooch-*
„ *lijk enz.*" (a)

Hi etiam soli memorantur, cum Carolus V. in sui filii Philippi favorem regimine se abdicaret.
„ *Compareerden*, sic in decreto d. 7 Octob.
„ 1555 legitur: *Gerrit, Heere van Assendelf,*
„ *etc. als Edelen van den Lande van Holland*
„ *en West-Vriesland, en vervangende alle an-*
„ *dere Edelen mitsgaders de kleine Steden en*
„ *platte Landen* ...... *met de gemagtigden*
„ *van de ses groote Steden van denselven Lan-*
„ *de, etc.*"

Merito, tamquam singulare quid, hoc loco nobis observandum est, Ecclesiasticos Ordinum Hollandiae Comitiis non interfuisse. Hac autem in re Hollandia exceptionem constituit, cum in omnibus fere regionibus, in quibus Systema Feudale umquam valuerat, aut valebat, ordo il-

(a) V. D. GOES, l. l. Tom. IV. pag. 127.

ille ad Comitia aditum habuerit. Sic Ecclesiastici in Brabantia, in Flandria, imo vero in Zeelandia inter Ordines erant admissi (*a*).

Adfuerunt praeterea in Hollandia Abbatiis ditissimis v. c. Egmondanae, Rynburgensi praepositi. Quare hi non aeque, atque Abbas Medioburgensis in Zeelandia ad Comitia fuerunt convocati? Si in re tam dubia juvenem opinionem suam modeste proferre non dedeceat, ratio nobis quaerenda esse videretur in metu Comitum Hollandicorum, ne Episcopi Ultrajectini, quorum hostilis animus illis saepe ignotuerat, in reipubl. negotiis nimis magnam auctoritatem per Ecclesiasticos exercerent.

Hollandiae enim Comitatus imperio ecclesiastico Episcopi Ultrajectini subjectus, in rebus sa-

(*a*) In Zeelandia Ecclesiastici ad finem seculi XV. inter Ordines sunt conscripti. Abbas Medioburgensis postea omnium Zeelandiae Ecclesiasticorum inter Ordines sustinuit personas, quorum tamen substitutio magis indulgentia quam quidem jure valuisse videtur, cum nullum decretum inveniatur, in quo Abbati Medioburgensi jus ceteros Ecclesiasticos repraesentandi conceditur.

Anno 1559, Medioburgi a Papa Paulo III. Episcopali sede constituta, loco Abbatum, inter Zeelandiae Ordines adscripti sunt Episcopi Medioburgensas. — Cf. van Grijpskerke, *in M. S. de Comitatu Zeelandiae*, Cap. 9.

sacris hujus jussis obsequi debebat (*a*). Hinc multa edicta, quibus superbi Trajectini Sacerdotes poenas constituerunt, non tantum Hollandiae civibus, vero etiam Comitibus infligendas, si legibus ecclesiasticis non obtemperarent (*b*).

Comites idcirco, tantam arrogantiam atque potestatem Episcoporum Trajectinorum metuentes, prudenter fecerunt, clericos Hollandicos a Comitiis excludendo.

§ III. DE ORDINUM HOLLANDIAE POTESTATE.

Nulla fere de re magis Politicae Historiae scriptores disputaverunt, quam de Ordinum Hollandiae potestate sub Comitibus.

Plurimi tantam auctoritatem huic Collegio attribuerunt, quanta numquam, vel saltem non jure, ei competivit, unde magna in annalibus nostris nata est confusio, tenebrisque historia est involuta.

Pru-

(*a*) Totus Comitatus huic imperio ecclesiastico subjectus erat, exceptis Abbatiis Egmondana et Rynsburgensi, quae, a Comite Diderico VI. Papae Innocentio II. in proprietatem concessae, in solius Pontificis Maximi tutela fuerunt. Mieris, l. l. Tom. I. pag. 93.

(*b*) Mieris, Tom. I. pag. 89.

Prudenter itaque in Ordinum Juribus inquirendis nobis est procedendum, ut ita vitia, quantum fieri possit, evitemus, quae tanta et tam multa in hoc argumento tractando commissa sunt.

De Ordinum potestate disceptaturi, sequentem ordinem observabimus:

I°. Probare conabimur: Ordinibus, nisi a Comite convocati essent, nullum jus competiisse comitia cogendi et ad ea conveniendi.

II°. Ordines numquam participes fuisse Principis jurium primariorum, legislatoriae potestatis, creationis Magistratuum ac Judicum, exercitionis Jurisdictionis, atque Juris belli ac pacis.

III°. Inquiremus, qua in re Ordinum auctoritas sive potestas constiterit?

IV°. Praecipua argumenta refutabimus, quibus nonnulli nimium quantum Ordinum potestatem extollere sunt conati.

SECTIO PRIMA.

ANNE ORDINIBUS JUS FUERIT PROPRIA AUCTORITATE COMITIA COGENDI ATQUE AD EA CONVENIENDI, QUAERITUR.

Cum omnia fere, Comitum aetate, statum Monarchicum spirarent, intellectu est facile, illum mag-

magnum crimen commisisse existimatum fuisse, qui proprio Marte conventus egerat. Tali enim facto Principis Jura violari, ejusque auctoritas diminui videbatur. — Severiter idcirco Comites in eos animadvertere solebant, qui tale quid perpetrare ausi erant.

Jacoba anno 1417 edictum promulgavit, quo statuit: „*Bevelen mit sonderlinge ernsten allen,*
„ *onsen luyden ende ondersaten voorsz., ende*
„ *enen ygelicken bisonder, dat si hem te vre-*
„ *den setten, ende te rusten met malcanderen*
„ *in vriendscippen ende in gunsten sonder te-*
„ *nige onruste, opstal, ofts Vergaderingen te*
„ *maken ofte onderlinge intesetten heymelic*
„ *ofte openbaer, dair onse Lande, Steden,*
„ *en Dorpen mede in roere ofte tweedracht*
„ *comen mochten in enigerwijs: want yemen-*
„ *de die dat dede, ende ons tegenwoirdigs ge-*
„ *boots overhorich worde, hi wair groot ofte*
„ *cleyn; Edel ofte Onedel; arm ofte rike;*
„ *dat wouden wy an dien also doen corrigie-*
„ *ren, ende so scarpelic doen rechten, dat*
„ *s' hem ewelic een ander hoeden souden, son-*
„ *der yemende dez te verdragen.*" (*a*).

Ne-

(*a*) Mieris, l. l. Tom. IV. pag. 339.

Neque verbis tantum, verum etiam facto Comites in eos, qui propria auctoritate conventus agere voluerant, animadverterunt.

Sic, Maximiliano regnante, Johannis a Baeumondt, Dortrechtanus Consul, sententia Curiae Hollandiae capite damnatus est, quod censuisset, Urbium delegatos propria auctoritate convenire debere, ut milites peregrini ex Hollandia expellerentur. (*a*)

Neque aliquid hac in re mutatum cum Ordinum Collegium adesset, quia aeque minus huic collegio adscriptis propria auctoritate inter se convenire licebat, quam antea.

Comes, sive ejus jussu seu permissu Gubernator solus, vel Curia, cui Comes reipublicae regimen mandaverat, jure gaudebant Ordinum Comitia cogendi.

Quod ut probetur, narranda sunt, quae in Comitiis 25 Januarii anni 1542 Bruxellis contigerunt. Quadam scilicet petitione a Gubernatricis Mariae mandatario, Schore, Ordinibus facta, ut subsidia quaedam concederent, hi Bruxel-

lus

(*a*) Balen, *Beschrijv. v. Dortrecht*, Tom. II. pag. 794. Cf. etiam Bynkershoek, *Quaest. Juris Publici*, Libr. II. Cap. I. qui justitiam hujus sententiae contra H. Grotium defendit.

lis convenerant, ut ad petitionem responsum ferrent.

De eorum adventu Gubernatrix certior facta, atque praevidens, Ordines non facile in petitionem consensuros esse, cum jam audivisset, eos in diversas opiniones abiisse, Praesidi SCHORE jussit, ut Advocato VAN DER GOES vetaret, ut Ordines convocaret, quod illa antea eorum membra separatim alloqui vellet. — Ordines vero, Gubernatrice invita, convenerunt. Quod cum Mariae nuntiatum esset, Advocatum quaerit, eumque valde irata rogat: Quare contra disertum mandatum Praesidis SCHORE Ordines congregasset? Advocatus respondit: Non se, sed Nobiles, dominos suos, hoc fecisse, qui postquam mandatarios Urbium convocaverant, illum postea huic conventui adesse jusserant. Regina, hoc audito, ei jussit, ut numquam iterum sine suo, vel Gubernatoris consensu, conventus ageret (*a*).

Ex hisce igitur patet, Ordines nullum jus habuisse propria auctoritate Comitia cogendi. Advocati enim, cum illicitum quid fecisse Ordines intelligeret, excusatio; Reginae praeterea hac in causa agendi modus, clare hoc demonstrant.

Co-

(*a*) A. V. D. GOES, *Register enz.* Tom. I. pag. 653.

Comes itaque supplicandus erat, ut suum consensum dare vellet: „ *Solliciteeren, dat de* „ *Hollanders en Zeelanders te samen dacht-* „ *vaert houden sullen*" — „ *Consent van hare* „ *re Majesteyt verkregen hebbende, sullen die* „ *Staten wederom vergaderen;*" ita, similive modo, Ordines fere semper loquuntur, cum de Comitiis habendis ageretur.

Comitia etiam minora, quae sub posterioribus Comitibus Nobiles et Urbes, vel conjunctim, vel separatim instituebant, ad res suas privatas promovendas, vel ea perficienda, quae in majoribus Comitiis Comes jusserat, Principe inscio atque invito, cogi non poterant. Ut enim legitime haberentur, etiam consensus sive Gubernatoris sive Curiae requirebatur. Sic Advocatus ADRIANUS VAN DER GOES, in diurnis commentariis, Tom. IV. pag. 284. Ordines ad res suas domesticas promovendas conscriptos fuisse narrans, „ *Den Advocaet*, ait, *heeft door* „ *authoriteyt van den Heere van Assendelft* (*a*) „ *beschreven de ses groote Steden;*" et alio loco, Tom. II. pag. 398. „ *En heeft den Hee-* „ *re van Assendelft, door aangeven en be-*

„ *beer-*

(*a*) Gerardus Dominus de Assendelft eo tempore Curiae Hollandiae Praeses erat.

„ geerte van den Advocaet doen beschrijven „ een daghvaert."

Modus Ordines convocandi varius erat.

Si Princeps eos convocatos vellet, Curiae Graphiarius litteras Ordinibus scribere solebat, in quibus exponebat causam, quare arcesserentur, et qua de re in Comitiis deliberaretur. Si Ordines ipsi convenire desiderabant, eorum Advocatus Gubernatorem, eove absente, Curiae Hollandiae Praesidem, vel priorem in Curiam cooptatum Senatorem addibat, epistolamque huic offerebat, in qua causae, ob quas Ordines convocari desiderabant, memoratae erant, quo facto, Ordinum conventus Comitis nomine a Curia Hollandiae indicebantur.

Modus ille Ordines convocandi, uti etiam tempus quo, et causas, ob quas convocarentur, accurate describuntur in epistola a Curia ad Gudernatorem anno 1565 missa, quaeque littera exstat apud Boey, *bedenking over de Oudheyt*, *enz. van den Hove van Holland*, pag. 172 seq.

SEC-

SECTIO SECUNDA.

ANNE ORDINES NUMQUAM FUERUNT PARTICIPES PRINCIPIS JURIUM PRIMARIORUM, LEGISLATORIAE POTESTATIS, JURISDITIONIS EXERCENDAE, CREATIONIS MAGISTRATUUM AC JUDICUM, JURIS BELLI AC PACIS?

Si a Legislatoria potestate incipiamus, quis actus publicos accurate inspiciens non neget, Ordines umquam hanc exercuisse? Nullae enim leges vel statuta reperiuntur Ordinum nomine promulgata; numquam Urbes vel Collegia privilegia ab Ordinibus impetrasse, vel ab his talia petiisse videntur, quod certe factum fuisset, si Ordines Legislatoriam potestatem, vel universam vel ejus partem, exercuissent.

Subinde quis contendat, Legislatoris esse humiliter rogare, si quid decretum velit?

Hoc tamen fecerunt Ordines, cum fere semper hisce verbis utantur: „*Sollicíteeren an* „*den Keyser te willen maken Ordonnancie* „*van geen lakenen te dragen, dan dat in de-* „*sen syne Majesteyts Landen van herwaerts* „*over gemaekt sal syn.*" (*a*) Si aliquid in le-

(*a*) Aert van der Goes, l. l. pag. 167. in cujus diario plura ejusmodi exempla occurrunt, v. c. pag. 32 et 172.

legibus mutatum desiderarent, Ordines hoc etiam petere debuerunt. „ *Versouckende*, ajunt, „ *dat de Keyserlyke Majesteyt soude willen afdoen seker articulen ofte grieven staende in* „ *t' Placcaet van Policie bij den Keyser gedecerneert.*" (*a*)

Comites vero, antequam leges promulgaverint, interdum Ordinum consilium rogaverunt. Sic legitur, Carolum V. mense Octobri anni 1351 Ordines convocasse, iisque recitasse mandatum, quo Mariam Hungariae Reginam Gubernatricem creaverat; et etiam mandatum de coercendis Lutheranis et Leprosis, de quibus Ordines consuluit (*b*). Hic autem mos, quo in consilium Ordines a Principe adhibebantur, res erat, in

172 etc. Notatu hic est dignum, Vir. Consult. J. D. MEIJER, *Institut. Judic.* Tom. IV. pag. 117. indicasse, quid per verba *Landen van herwaerts over*, quae saepe obvia sunt, intelligendum sit: „ *Depuis*, ait, *qu'ils étaient établis en Espagne, les Souverains des Pays-Bas désignaient* „ *ces Provinces, et toutes celles qui leur étaient restées de* „ *l'ancien patrimoine de la maison de Bourgogne sous la dénomination collective de pays pardéça. Telle est l'opinion généralement reçue. Cependant tous les Pays-Bas se trouvent* „ *désignés sous ce même nom de Duchés, Comtés et Etats* „ *par deça dans l'edit du duc Charles le téméraire de l'an* „ 1473."

(*a*) V. D. GOES, l. l. pag. 173.

(*b*) V. D. GOES, Tom. I. pag. 171 seq.; similis casus memoratur pag. 220.

in solius Principis voluntate posita, ex qua nulla oriebatur obligatio.

Comites Ordinum consilio ex prudentia modo utebantur, ut ita edocti meliora sequerentur, eorumque jussus ac leges magis confirmarentur, cum constaret, antequam nonnulla gravioris momenti decernerent, rei peritorum Principem rogasse sententiam, ex nulla vero juris necessitate, cum, auditis sententiis, has approbandi vel rejiciendi plena illis erat potestas.

Antiquissimus hicce Comitum mos fuit, cum, Ordinum nomine nondum cognito, jam Nobiles et Urbes ad Comitia saepe convocarentur, ut consilium Principi darent. Absurdum tamen esset, si ex facto eo voluntario ad Ordinum jura concludere vellemus, quum probari nequeat, Comites, sive lege sive privilegio, umquam ad hoc obstrictos fuisse.

Ordines etiam Judiciariae potestatis non participes fuisse, ex pluribus chartis constat. Sic Ordinum Advocati diarium revolventes legimus, omnia Justitiam spectantia ab Ordinibus ad Comites relata fuisse, ut hi de illis statuerent.

In magni momenti lite, quae ab Ordinibus anno 1539, 19 Jul. cum domino de Beveren agebatur, qui, tamquam Architalassa, sibi mari-

ti-

unam jurisdictionem competere contendebat, Imperator Advocato VAN DER GOES jussit: „ *dat* „ *hy de saack soude overleggen*, *want syne* „ *Majesteyt de saeke termineren soude commende tot Valensien.*" (*a*)

Ita etiam anno 1555, Ordines confitentur, in rebus judiciariis se nihil statuere posse, quaestione scilicet agitata, quo loco executio cujusdam sententiae fieri deberet. Ordines ergo his verbis Gubernatricem rogaverunt; „ *hare Majesteyts goede gelieven zy te gehengen ende te gedogen*, *dat de voorsz. gecondemneerden blyven daar sy jegenwoordiglyk syn*, *ende binnen de Provincie van Hollandt mogen hare poenitentie doen*, *tot voldoeninghe ende executie van de voorsz. sententie.*" (*a*)

Denique anno 1554, d. 26 Octobr. Philippum supplicant: „ *ende bidden ende versoeken*, *dat* „ *uwe Majesteyt*, *gelieve op seeckere Requeste*, *daarby sy versoecken seeckere pointen grootelyks dienende tot vorderinge van de Justitie* ..... *te doen hebben goede en favorabele expeditie.*" (*b*)

Ex

(*a*) V. D. GOES, Tom. IV. pag. 5.
(*b*) V. D. GOES, Tom. IV. pag. 127.

Ex hisce facile colligi potest, Ordines, si in rebus Judiciariis quidquam statutum, jussum aut judicatum vellent, illud dimisissime Principem orare atque petere debuisse, quum propria auctoritate hac in re nihil valerent.

Quod nonnumquam de civilis inprimis administrationis negotiis Comites, Ordinibus inconsultis, nil decreverint, ex more jamjam laudato provenit, subditorum sententiam de rebus dubiis cognoscendi.

Jus Magistratus creandi aeque minus penes Ordines fuisse, ex eorum verbis factisque probari potest. Anno scilicet 1531. Gubernatore domino de Hoichstraten apud Imperatorem falſe accusato, Ordines cum illum defenderent, animadverterunt: „ *noch en clagen over den* „ *Raedt, nochte Officiers niet, want die allen* „ *by myne Geliefde Vrouwe geſteld ſyn ge-* „ *weest, eer Hoichſtraten Stathouder gewor-* „ *den is.*" (a)

Quum Comites peregrinos prae civibus ad honores vocassent, anno 1553, Ordines rogaverunt: „ *dat ſyne Majeſteyt de Staten van Hol-* „ *landt wilde accordeeren, dat er van nu* „ *voir-*

(a) V. D. Goes, Tom. I. pag. 168.

„ voortaen niemandt eenige officie in Hollandt
„ en sal mogen hebben, dan geboren wesende
„ in den Lande van Hollandt, Zeeland, ofte
„ Westfriesland etc." (a)

Hisce lectis, nullum dubium nobis videtur, quin jus Magistratus creandi Ordinibus non fuerit. Ipsi enim supplicibus verbis orando, cum hac in re aliquid constitutum vellent, satis hoc agnoverunt.

Nostra tamen sententia nonnullis fortasse eo infirmari videtur, quod Ordines ministros suos peculiares, Advocatum et Quaestorem (*den Ontfanger van 't gemeene landt*) creaverint. Est vero observandum, quamvis Ordines Advocatum suum nominaverint, et etiam conditiones (b) ei

(a) V. D. Goes, Tom. III. pag. 364.; Anno 1555 Ordines in Comitiis Bruxellis habitis, privilegium de arcendis peregrinis impetraverunt. Clausula vero huic privilegis adjecta, qua Princeps sibi facultatem conservavit Gubernatores Generales, (*Gouverneurs Generaals*) Gubernatores, (*Stadhouders*) et Equites aurei velleris creandi, hoc privilegium magna parte vanum reddidit. — Meijer, *Instit. Judic.* Tom. IV. pag. 122.

(b) Conditiones praecipuae, sub quibus munus in Ordinum Advocatum deferebatur, erant sequentes:

I°. „*Dat soo wanneer eenige quaestie ofte different vallen*
„ *sal tusschen de ghemeene Staten, ofte Lidmaten van dien,*
„ *den Advocaet sal hem selven neutraal houden, sender de*
„ *eene ofte de andere ten dienste te staen.*

II°. „ *Sal gehuuden syn pertinent Register te houden van*

 „ *alle*

ei praescripserint, quibus munus suum suscipere deberet, eorum tamen electionem a Graphiario Curiae Hollandiae ratam fuisse habendam, qui Graphiarius a Principe hanc ob rem delectus erat,

„ alle de Resolutien van de Staten, appoinctementen op de „ Requesten de Staten gepresendeerd, met sommier verhael „ der versoecken, ende oock van alle andere Acten van con„ senten, en in de marge van dien te stellen het sommier „ van dien, mitsgaders de Praesenten ter Dachvaert geweest „ hebbende."

III°. *Hem sal ghehouden wezen, pertinent Register te hou„ den van alle de Procesſen van de Staten, ende daarvan „ rapport te doen van den Staat van deselve alle vieren„ deels jaars.*

IV°. „ *Sal eenige van de Edelen naest bij der handt of „ in den Hage residerende, leveren en aandienen ten minsten „ twee dagen voor de Dachvaert, t' gunt daar op den Dach„ vaert sal dienen.*

V°. „ *Item sal gehouden zijn alle Daghvaerden te bewa„ ren, zoo beneden als boven, en ook alle Procesſen van de „ Staten, ende deselve vorderen als het behoort.*

VI°. „ *Den Advocaet sal secreet houden, ende niemandt, „ directelyck noch indirectelyck, de Resolutien van de Staten, „ noch oock de opinien, die bij een yegelyck van dien gege„ ven sal wesen, hetzij of deselve accordeeren of niet, en „ daerop onder anderen synen eedt te doen.*

VII°. „ *Item, sal aengenomen worden, tot wederseggen van „ de Staten, ofte het meerendeel van dien, en oock van hem „ selven, altyds een half jaer te voren, hinc inde de een den „ anderen waerschouwende.*"

Cf. *Register gehouden bij Meester* ADRIAAN VAN DER GOES, *Advocat van de Staten s' Lands van Hollandt*, Tom. VI. pag. 523. seqq.

erat, ita ut dici possit, Ordines sine auctoritate Comitis etiam hac in re fere nihil valuisse (*a*).

Quod ad Quaestorem, (*den Ontfanger van t' gemeene landt*) Ordines hunc quidem elegerunt, sed ut haec electio valeret, a Comite Quaestoris mandatum sive commissum impetrandum erat, uti ex diario Advocati VAN DER GOES efficere licet, cum, mentionem faciens de novi Quaestoris electione, haec scribat: „ *Eodem is* „ *Vranck van der Hoeven bij de Staten een-* „ *drachtelyck gekozen ende genomineert tot* „ *Ontfanger van des gemeene Lands ommesla-* „ *gen.*" et paulo post: „ *Eodem hebbe ik de-* „ *selve Staten mede verklaert, dat ick geob-* „ *tineert hadde van de Keyserlycke Majesteyt* „ *commissie voor Vranck van der Hoeven, om* „ *te wesen Ontvanger Generaal van des ge-* „ *meene Lands ommeslagen.*" (*b*)

Caveamus nobis, ne Ordinum Quaestorem cum eo precariarum (*Ontfanger van de Beden*) confundamus. Hunc autem creandi potestatem plenam Comites habuisse, anno 1545 Ordi-

(*a*) RENDORP, l. l. pag. 21.

(*b*) V. D. GOES, *Register van de Dachvaerten, enz.* Tom. II. pag. 255 et 276.

dines ipsi agnoverunt, quum Principem rogarent, ne peregrinum hoc munere condonare vellet (*a*).

Nunc de Jure belli ac pacis est agendum, quod etiam penes Ordines non fuisse, patebit. Cum anno 1532 metus adesset, ne hostes in Hollandiam invaderent, Ordines, Patriae salutis solliciti, confitebantur: „ *dat de Keyserlicke* „ *Majesteyt, ende sine Stadhouder competeert* „ *t' Land te defendeeren.*" (*b*)

Anno sequenti, cum Daniae Rex, Fredericus, bellum Patriae inferre minaretur, Ordines sua auctoritate nullas res, bellum spectantes, ordinaverunt, sed Gubernatricem, ut talia faceret, supplicibus verbis orarunt, (*c*) cum hi etiam postea, in celeberrima controversia inter Regis Procuratorem et ipsos Ordines, dicant: „ *Dat het* „ *Land in vrede te houden, van oproer en* „ *seditie te bewaren, toekwam syne Koningl.* „ *Majesteyt ende syne Stadhouders ende Offi-* „ *ciers ende niet den Staten.*" (*d*)

Ex

(*a*) V. D. GOES, Tom. II. pag. 275.

(*b*) IDSINGA, *het Staatsrecht der Vereenigde Nederlanden* Tom. I. pag. 304.

(*c*) Advocatus V. D. GOES, Tom. I. pag. 198. narrat, Ordines Principem rogasse, ut repressaliis adversus Oostlandos uti vellet, aliaque bellum spectantia ordinaret, quod certe non fecissent, si aliquid hac in re valuissent.

(*d*) BOR, Tom. V. pag. 209.

Ex hisce attendenti satis manifestum fiet, jus belli Ordines non habuisse. Quod ad jus foedera pangendi attinet, anno 1534 a Maria Hollandiae Gubernatrice cum duce de Holstein foedere inito, Ordines non querebantur de ipsorum consensu non rogato, verum gratias agebant, quas poterant maximas, „ *biddende te* „ *willen continueeren, opdat de negotiatie van* „ *der Comenscip zijnen loop ofte cours heb-* „ *ben mag.*" (a)

Quaedam exempla quidem adsunt, e quibus patet, Comites nonnumquam Ordines convocasse, ut foedera ratahaberent, verum inde nulla Ordinum hac in re potestas repeti potest, quod, istis foederibus jam antea a Principe initis et confirmatis, nulla amplius Ordinibus illa rejiciendi vel approbandi relinqueretur facultas.

Hinc verba Ordinum: „ *Aengemerkt dat de* „ *Keyserlycke Majesteyt het voorschrevene* „ *Tractaet aengegaen, gepasseert, ende alrede* „ *besegelt heeft gehadt, ende dat daerom-* „ *me hetzelve selve syn voortgangh sal moeten* „ *hebben, sy luyden wel te vreden syn het* „ *voorschreve Tractaet te ratificeeren.*" (b)

Co-

(a) V. D. Goes, Tom. I. pag. 220.
(b) V. D. Goes, Tom. II. pag. 208.

Comites praeterea hac Ordinum ratihabitione non indigebant, ita ut plura sint exempla, unde constat, illos eam non rogasse.

Itaque Ordinibus a Principe convocatis, ut foedera ratihaberent, illud solummodo honoris causa factum est, uti ex actis Comitiorum d. 27 m. Jun. anni 1528 satis patet. In iis enim legitur:

„ *Op ten derden July heeft mijn Heere van „ Hoichstrate, Stadhouder van Hollandt, den „ Staten verthoont, dat hy hem lieden hadde „ doen bescryven om te kennen te geven, hoe „ dat bestant van acht maenden gemaekt wat „ tusschen den Keyser en synen Landen ter „ eenre, ende den Koningen van Vrancrijk en „ de Engelant ter andere zijde.*

„ *Ende al ist zoe, dat de Keyser ende sy„ nen Raedt wel paysen ende bestanden ma„ ken mogen buyten weten ende consent van „ den ondersaten, nochtans gemerckt die van „ Hollandt den Keyser in syne affairen van „ den oirloge hertelicken bygestaen hebben, „ zoe heeft hy die Staten van Hollandt die „ eere willen doen, dat hy se bescreven had„ den om mondlingen van den voorsz. Be„ stande te adverteren, 't welcke gemaect is „ voir den Landen van herwaerts over, ende*

„ *nyet*

„ *nyet van den Landen van Spaignen nochte*
„ *Ytalien,*" *etc.*

Quibus auditis: „ *Hebben die Staten mijn* „ *Heere van der eere gedanct.*" (a)

Sic pro viribus probare conati sumus, Ordines Hollandiae sub Comitibus neque legislatoriae et judiciariae potestatis, neque magistratus creandi, neque belli ac pacis juris participes fuisse. Cum nulla re melius nostra sententia confirmari posse videretur, quam ipsis Ordinum verbis factisque, quae Advocati AERT et ADRIANUS VAN DER GOES in Ordinum Comitiorum diario, saepe jam laudato, accurate exposuerunt, ex eo plurima pro qualicunque nostra sententia testimonia collegimus.

Superesset, ut etiam de jure monetae cudendae, atque beneficia ecclesiastica concedendi dissereremus, cum vero jam Cap. I. satis nobis dixisse videamur de solius Comitis jure rem monetalem curandi, silentio hoc praetermittimus.

(a) V. D. GOES, *Register enz.* Tom. I. pag. 84.

SEC-

SECTIO TERTIA.

QUA IN RE ORDINUM POTESTAS REVERA CONSTITERIT INVESTIGATUR.

Verissime de semet ipsis testantur Ordines: „ *Dat het Collegie van de Staten van allen* „ *oude tijden een Collegie gehouden is geweest,* „ *geapprobeerd by zyne Majesteyts voorsaten,* „ *daarby de saecken van den Lande worden* „ *den gehandeld ende gedirigeerd in respecte* „ *van de belasting ofte verlichting van de In-* „ *gesetenen van dien, en het geent daaraan* „ *dependeert.*" (a)

Praecipua enim Ordinum potestas in pecunia, quae nervus est reipublicae, constitit. Nam, uti supra demonstravimus, cum ad publicae rei sumtus et expensas Comitibus nihil esset, nisi domaniorum reditus, qui posteriori aetate illis non amplius sufficiebant, pecunia indigentes ad subditos se conferre debebant, eosque precari, ut illis subvenirent. — Precari, inquam, valebat enim principium ex systemate domaniali ortum, ut nemo invitus ad subsidia e suo conferenda adigi posset, ita quidem ut sine consensu subditorum non licitum esset Comitibus, vec-

(a) *Resol. van Holl.* 13 Decemb. 1564.

vectigalia illis imponere. Hinc Ordinum praecipua potestas. Totum enim populum cum repraesentarent, eorum consensus in precrias petitas omnium subditorum erat in eas consensus.

Explicato jure Ordinum collegii circa subsidia, de ejus indole ac potestate simul constabit.

Antequam vero ad illas accedamus, nonnulla de ipsis precariis praemonenda videntur.

Hae, prima aetate cum tantum extraordinariae essent, sub posterioribus Comitibus in ordinarias et extraordinarias abierunt. Sub domo enim Austriaca exercitus stativos inprimis alendi necessitate reipublicae expensis valde crescentibus, precariae, hucusque extraordinariae, ordinariae sunt factae, tributorumque formam induentes, per singula semestria exigi coeperunt.

Cum tamen illae nondum sufficerent in casibus summae necessitatis atque ex improviso natis, Comites alias etiam expetiverunt, unde duplex genus precariarum exstitit, quarum hae, extra ordinem rogatae, extraordinariae, illae vero ex more solito petitae, ordinariae nominatae sunt (*a*).

Pri-

(*a*) HEENEMAN, l. l. pag. 73.

Primis temporibus, Ordinum Collegio nondum cognito, Comites locum adire solebant, ubi vasalli degebant, ut ibi ab his convocatis precarias peterent (*a*).

Hic tamen subsidia petendi mos variis circumstantiis in diem difficilior evasit. Princeps enim, aliis principatibus Hollandiae Comitatui adjunctis, saepe ab hoc abesse coactus, non amplius ipse precarias exigere potuit, verum Gubernatori suo sive Curiae illud relinquere debebat. Quod vero, cum maxime Nobilibus ac Urbibus displiceret, qui ita magis Comitis ministrorum fraudibus expositi erant, hi omnibus viribus dein studuerunt, ut antiquus subsidia petendi mos restitueretur. Hinc ratio repetenda, quare a Maria stipulati fuerint, ut ipse Princeps precarias peteret.

„ *Indien wy*, hoc Comitissa promisit, *of* „ *onse nakomelinghen in toekomende tyden ee-* „ *nige beden of ander saecken, komende tot* „ *lasten der voorsz. Landen begeeren soude* „ *willen, dat wy, ofte onse oudste oor alsdan* „ *gehouden sullen syn, selve in persoone te* „ *koomen ende te verschynen ten behoorlycken* „ *en gewoonelycken plecken ende binnen den* „ *voorsz.*

(*a*) Mieris, Tom II. pag. 710. et Heeneman, pag. 82.

„ *voorsz. Landen, elcks in den hueren, omme*
„ *aldaer onse eischen ende begeerten te ope-*
„ *nen ofte doen openen, ende antwoirde te*
„ *ontfaen.*" (*a*)

Hoc vero privilegio paulo post a Mariae successore revocato, raro exemplum nobis occurrit, ipsum Principem Ordines subsidia rogasse.

Si Comes ab Ordinibus precarias exigere vellet, in ipsam Hollandiae provinciam eas convocare debuit, cum privilegium *de non evocando* adesset, quo concessum erat, ut extra provinciam inviti congregari non possent (*b*). Seculo tamen XVI, Comites, Ordines omnium provinciarum simul convocantes, parum hoc privilegium curasse videntur (*c*).

Quadam petitione, a Comitibus in Comitiis facta, Ordines vel in subsidia rogata consentiebant, vel pro parte aut in totum ea negabant. Carolo V. e. g., anno 1544, 198,000 florenos petenti, Ordines in Comitiis, Bruxellis habitis, tantum 150,000 florenos consenserunt (*d*). Totam pre-

(*a*) *Groot Placaat-Boek*, Tom. II. pag. 658. art. privilegii 38.

(*b*) Kluit, *Redevoering over het afzweeren van Philips, Koning van Spanje*, pag. 150. nota 67.

(*c*) *Resol. van Holl.* 27 Februarii 1530.

(*d*) Adr. v. d. Goes, l. l. Tom. II. pag. 51.

precariam 80,000 florenorum anno 1526 Ordines negaverunt, quod in actis hisce verbis annotatum invenimus: *de Gedeputeerden syn eendrachtelicken geweest negatyf* (*a*).

Apparet quidem, post menses aliquot, Ordines, Principe ipsos de novo petente ut concederent, in hanc precariam consensisse, cum apud Aert van der Goes legamus, in Comitiis St. Geertrudenbergae habitis 2. Octobr. 1526, *die Edelen en Dortrecht, Haerlem, Delft, Leyden geconsenteerd hebben die somme van tachtigh duysend Gulden s' jaers.*" Inde vero abunde patet, pecunia primum plane negata, jus precarias negandi apud Ordines fuisse.

Quum vero Ordines Principis petitionem negarent, causas, ob quas illud fiebat, simul allegare solebant. „ *Dat die Steden*, sic fere loquuntur, *arm, byster ende neringlos* „ *syn, hem behelpende mit Staten, dat zy* „ *nyet vaeren noch reysen en mogen, ende dagelicx gearresteerd worde; ook heeft elck* „ *groote last gehadt ende dagelicx heeft, om de* „ *Steeden te fortifieeren; begeerende daarom-* „ *me gesupporteerd te weesen tot sy het sullen* „ *vermogen.*" (*b*)

Ne-

(*a*) Aert v. d. Goes, l. l. Tom. I. pag. 23.
(*b*) Aert v. d. Goes, l. l. Tom. I. pag. 54.

Neque mirum, si Ordines cives tributa conferendo inpares ita declarare solerent; bene enim intelligebant, se sine injuria, nisi graves ob causas, Comitibus pecuniam negare non posse. Aequitas quoque atque necessitas postulabant, ut subditi, Comitum munificentia bonis ac privilegiis ditati, Principis aerario non amplius sufficiente, reipublicae succurrerent. Quamvis igitur ex aequo, sine gravi quadam ratione, subsidia Ordines negare non possent, Comitibus tamen nullo in casu ad precarias conferendas eos cogere licuit. Maxime idcirco dolemus, in patriae annalibus exempla exstare, Principes, hac in re potestate sua abutentes, tyrannice egisse. Quo enim alio quam tyrannidis nomine insignire, quod anno 1550 contigit? Hoc enim tempore petitione facta ad tributum quoddam halicibus inponendum, ut pecunia inde collecta naves quaedam armari possent, ad piscationem halicum defendendam, Ordines ea de re minime contenti, quod jam antea hunc in finem tributa quaedam vinis imponenda concessissent, Comiti responderunt: „ *Dat het* „ *effect van voorsz. acte van consent* (quo sci- „ licet Comiti permiserunt, ut tributa vinis im- „ poneret) *hen volgen mach, alsoo de arme*

„ *vis-*

„ *visschers, die de naaste twee ofte drie ja-*
„ *ren groote schaden geleden hebben niet en*
„ *behooren meer belast te werden dan ande-*
„ *re tot defensie van de welcken den voorsz.*
„ *impost geaccordeerd is.*"

Ordinum legati hac cum responsione ad Gubernatorem de Beveren proficiscebantur, qui, hoc audito, Comitis nomine declaravit: „ *Dat*
„ *sy souden willen accordeeren of by gebre-*
„ *ken van dien, dat die Majesteyt de visschers*
„ *van Hollandt soude voir dit jaar interdiceer-*
„ *ren de haringhvaert.*" (*a*)

Similiter verba Philippi II. anno 1559 non bonum Principem sed Tyrannum produnt, qui, quamvis etiam summa cum injuria, potius aliquid imperare cupit, quam quidem illud rogare.

„ *Niet konnende*, sic ajebat, *van de voorsz.*
„ *uwe antwoorde eenig genoegen, maar groot*
„ *mishagen hebben, soo hebben wy willen schry-*
„ *ven, en uw seer ernstelycken bevelen, dat*
„ *gy terstondt en sonder langer vertreck, U*
„ *luyden anders bedenckt, en resolveert op 't*
„ *stuk*

(*a*) ADR. V. D. GOES, l. l. Tom. III. pag. 94. seq. — Aliud exemplum arbitrariae potestatis apud eundem Tom. V. pag. 194. nobis occurrit.

„ *stuk van de voorsz. propositie, te weeten van*
„ *den honderften en vyftigften penningh, en*
„ *van den Impost op de wynen, ende onse*
„ *Commissaren daarop soodanigen antwoordt*
„ *geeft, dat wy oorsaecke moge hebben, daar-*
„ *van een goet behagen te scheppen.*" (*a*)

Ratio, qua sententiae in Comitiis ferebantur, si de precariis concedendis ageretur, ob defectum documentorum satis hoc illustrantium, res expositu est dificillima. Priori tempore, cum a Nobilibus plurimum subsidia peterentur, si unus eorum ea negaret, ob consensum reliquorum ad tributa conferenda non obstringebatur, verum quisque pro se suisque agris suffragium ferens, se ipsum tantum non vero alium obligabat. (*b*).

Hinc in privilegio Maximiliani legitur: „ *Onse lieve ende ghetrouwe die Heere van Egmond, onse Neve die Heer van Wassenaer ende van Sevenbergen — ende andere haure consoorten ons geconteerd hebben*, als „ zooverre hen luyden aangaet, *een bede*;" i. e. quisque pro se, nemo vero pro aliis, in precem illam consentiebant, ita ut, qui eam ne-

(*a*) Adr. v. d. Goes, l. l. Tom. VI. pag. 23.
(*b*) Rendorp., Diss. I. pag. 68.

negaverant, ob consensum reliquorum pro parte sua non tenerentur.

Antea etiam magno Mariae privilegio hanc liberam consentiendi vel negandi potestatem confirmatam fuisse legimus: „ *Indien eenige beden ons of onse nakomelinghen in toekomende tyden by eenigen van den voorschreven landen ofte Steden van denselven geconsenteerd ende belieft worde, soo souden nogthans die platte Landen ende Steden, die in denselven niet geconsenteerd noch belieft ende hadden, ongehouden ende onverbonden zijn ende blyven, yet daarin te gelden, contribueeren oft' betalen, niet tgenstaende oock, dat die meerendeel der voorsz. landen ende Steden, daarin geconsenteerd ende belieft hadden.*" (*a*)

Quod privilegium, quamvis postea revocatum sit, tamen hic valet ad ostendendum, quaenam olim in suffragiis ferendis ratio fuerit usitata. Nam, cum nonnullis non credimus, jus novum hoc demum privilegio introductum fuisse, ante illud vero sententiarum majorem partem reliquos obstrinxisse; existimamus enim, Mariae privilegium antiqui circa hoc juris continere

con-

(*a*) *Groot Placaat - Boek*, Tom. II. pag. 65.

confirmationem. Urbium scilicet et cives et ruricolae, jam antea Comitum tyrannidem experti, qui precarias negantes ad eas conferendum nonnumquam vi cogerant, Mariam rogasse videntur, ut expresse jus eorum confirmaret, ut ita magis contra omnem vim futuram tuti essent.

Ordinum collegio plane ordinato, antiqua haec sententias ferendi ratio in usu mansit.

Si autem plurium vota in Ordinum conventibus tum valuissent, quid necessarium fuisset, ut Comes, una urbe negante, eam adhuc rogaret, ut consentire vellet. Supervacuum illud fuisset, cum majori suffragiorum parte urbs illa negans ad conferendum jam obstricta esset. Contra, si assumamus, quodque Ordinum collegii membrum pro parte tantum sua (*voir zich zelven, elck voor syne portie* (*a*)) in precariam rogatam consensisse, uti revera obtinebat, causa, quare Comes ita instaret, ut omnes concederent, manifeste apparet. Sic enim totam prerariam acciperet, (*b*) aliter tantum ejus partem.

Omne dubium praeterea hac de re tollitur, si Ordinum decretum 28 Aug. 1567 inspiciamus.

(*a*) AERT V. D. GOES, Tom. I. pag. 293; et Tom. III. pag. 217.

(*b*) AERT V. D. GOES, Tom. I. pag. 55.

mus. In eo enim legitur: „ *Dat in saecken*
„ *beroerende de Politien van den Landen, en*
„ *de andere gelycken, daervan geen contri-*
„ *butie quaestie is, geconcludeert werdt naer*
„ *de pluraliteit van de stemmen.*"

Itaque satis patet, si de precariis quaestio esset, plura vota non valuisse, verum tantum in causis, reipublicae politiam spectantibus.

Quid tamen de casibus illis dicendum, in quibus contrarium obtigisse, acta authentica docent? Anno e. g. 1552, d. 2 m. Aprilis, in Ordinum Comitiis, Bruxellas convocatis, Nobiles, et urbes Harlemum, Delphi, atque Lugdunum Batavorum precariam concesserunt; Dordracum vero, Amstelodamum, atque Gouda; „ *hoewel*
„ *zy daartoe niet gaerne en quamen, noch-*
„ *tans bevindende hem by den anderen over-*
„ *stemt te zyn, hebben zy hun met den ande-*
„ *ren conform gemaeckt.*" (*a*)

Alva etiam anno 1569 decimum denarium ab Ordinibus petente, Hollandiae urbes in eam consenserunt, inter quas etiam Amstelodamum recensetur, de quo tamen in actis annotatum invenimus, *geconsenteerd te hebben als over-*

(*a*) Adr. v. d. Goes, l. l. Tom. III. pag. 252.

overstemd zijnde (*a*). Subinde Ordinum acta revolventibus alia adhuc exempla nobis obvia fient (*b*), quae, quamvis rara, satis tamen indicant, nonnunquam majorem partem suffragiorum ceteros socios obstrinxisse.

Attamen hae paucae exceptiones in praejudicium regulae generalis allegari non possunt. Ex eo enim, quod aliquando quid factum sit, nondum probatur hoc ita fieri debuisse.

Cum Nobiles, urbes minores atque ruricolas, quorum vices suscipiebant, ex consensu suo ad tributa conferenda obligarent, illi hac repraesentatione magnam vim in Comitia exercuerunt, quia cum ruricolis et minoribus urbibus plus quam sex majores urbes in precariis contribuentes, per suffragium suum Principi plurimum dare poterant (*c*).

Per suffragium suum, inquam, nam ex diario Advocati VAN DER GOES constat, unum modo in Ordinum conventibus Nobiles habuisse suffragium, ex quo adjunctis sex majorum civitatum suf-

(*a*) *Resolut. v. Holl.* 26 April 1569.

(*b*) Cf. ADR. V. D. GOES, l. l. Tom. III. pag. 599, et Tom. II. pag. 15.

(*c*) *Resolut. v. Holl.* 21 et 22 Aug. 1556; Cf. etiam VAN SLINGELAND, l. l. Tom. I. pag. 20.

fragiis, quarum singulae suum votum habebant, Ordinum sententia colligabatur.

Animadvertendum vero est, in suffragiis ferendis urbi Harlemi in poenam injunctum fuisse: „*Dat* „ *die van Haerlem altyd gehouden sullen wee-* „ *zen, zoo wanneer twee van de groote Stee-* „ *den van Holland consenteeren, die begeer-* „ *te, die myn ghenadige Here, Grave van* „ *Holland, ende haer ghenade van nu voor-* „ *taan zullen doen begeeren, dat zy alsdan* „ *de derde weezen zullen in t' consenteeren,* „ *zonder eenige wygering.*" (*a*)

Aliqua prece a Comite facta, Ordines hanc occasionem commoda quaedam sibi stipulandi magno ardore arripere solebant. Et profecto ad hoc nullum tempus eo aptius.

Principes enim pecunia indigentes, ut eam acquirerent, multo magis quam quoque alio tempore proni erant, ad nonnulla privilegia concedenda. Hinc fere semper Ordines precarias sub conditionibus quibusdam concesserunt, quas si promittere negaret Comes, Ordines etiam negare solebant pecuniam: „ *Dat die van Hol-* „ *landt geen last hadden yet te consenteeren,* „ *ten*

(*a*) Lams, *Handvesten van Kennemerland*, pag. 76.

„ *ten ware dat de voirsz. heure conditien* „ *eerst ende alvoiren effect sorteerden.*" (*a*).

Hunc vero stipulandi morem Princeps cum moleste ferret, interdum eum reprobavit quasi suae dignitati non consentaneum.

Acta Comitiorum 28 Martis anni 1530 perspicuum hujus rei exemplum continent.

Cum autem Carolus V. 100,000 florenos ab Hollandia in Comitiis diei 27. Febr. anni 1530 Bruxellis habitis petiisset (*b*), cujus pecuniae partem ad contractum aes alienum, alteram partem ad militum stipendia solvenda adhiberet; tertiam denique partem ad sustentanda onera majestatica inpensurus; Ordines Hollandiae, ut de petitis subsidiis deliberarent, Hagam-Comitum die 18 et 19 Martis convenerunt (*c*).

Urbes diu haesitaverunt, utrum concederent; tandem vero certis sub conditionibus, interni reipublicae status emendationem spectantibus, solummodo pecuniam rogatam conferre promittunt. Hoc ad Comitem relato, ille d. 28 Martis Ordinibus sequens responsum dedit: „ *Dat* „ *hy selve in Hollant commen ende hem op* „ *de*

(*a*) Aert v. d. Goes, Tom. I. pag. 297.
(*b*) Aert v. d. Coes, Tom. I. pag. 154.
(*c*) Aert v. d. Goes, Tom. I. pag. 156.

„ *de artikelen (conditien) informere sal, ende* „ *de die saecke verstaende promptelicken daer-* „ *inne voirsien ofte in justitie stellen sal, ach-* „ *tervolgende onse conclusie; ende begeerde* „ *dat die van Hollant hem betrouwen willen,* „ *ende voirs procedeeren wilde tot synder pe-* „ *titie, eerst ende alvoiren te consenteeren."* Ad haec Advocatus VAN DER GOES Ordinum nomine respondit: Quamvis Ordines in precariam consentirent, populum tamen, propter egestatem magnam, nunquam illa subsidia solvere posse, hancque unicam fuisse rationem, quare non statim concessissent; „ *want dat die van* „ *Hollant geheel synder Majesteyt toe behoi-* „ *ren, mit lyf ende goet.* Quibus Imperator respondit: „ *betrout my, ik sal in als zoo eer-* „ *licken voirsien dat ghy redenen hebben sult,* „ *te vreden te zijn, ende als t' beloef es, in-* „ *dien ghy niet betaelen en moocht, ik sal* „ *quitscelden, t' welck ik betrout wil syn,* „ *sonder geconstringeert te worden ofte te co-* „ *menscepen mit mynen ondersaten."* (*a*)

Conditiones igitur, sub quibus Ordines solummodo consentire volebant, hac occasione Principem rejecisse apparet. Simili modo etiam Mar-

(*a*) AERT V. D. GOES, l. l. Tom. I. pag. 158.

Maria Gubernatrix egit, Ordinibus 2 Augusti anni 1543 sub conditionibus quibusdam precariam ei concedentibus, respondens: „ *Dat zy* „ *accepteerde t' consent van vyf en zeventich* „ *duysent Gulden, maer rejeteert die conditien* „ *die onredelick zyn.*" (*a*)

Post Ordinum consensum, ex quo subditi pecuniam conferre erant obligati, omnia ad subsidia spectantia iterum Principis erant.

Huic soli jus competebat pecuniam indultam exigendi, modo, qui sibi aptissimus videretur. Hic summam, quam singulae urbes, vel pagi conferre tenebantur, quaeque *Quota* appellabatur, ipse determinabat, distribuebat, et colligebat, vel curabat, ut suo nomine hoc ab aliis fieret (*b*). Si quoque pecunia tempore definito in aerarium non deferreretur, in contumaces executionem peragi jubebat (*c*). Cum vero Princeps bene intelligeret, Ordines modum atque viam tributa commode exigendi se ipso me-

(*a*) Aert v. d. Goes, l. l. Tom. I. pag. 362.

(*b*) Aert v. d. Goes, Tom I. pag. 361. et Adr. v. d. Goes, Tom. III. pag. 73.

(*c*) Adr. v. d. Goes, l. l. Tom. II. pag. 364, ubi Ordines ipsi testantur executionem in refractarios et deficientes, *eene saecke is, die syne Keyserlicke Majesteyt, en niet de Staten aangaet.* Cf. etiam Mieris, l. l. Tom. IV. pag. 834 et 895, et Wagenaar, Tom. IV. pag. 20.

melius cognoscere posse, eorumque pluris interesse, quomodo illud fieret, saepe Ordinibus permittere solebant, ut media indicarent, quibus subsidia ferrerentur. (*a*)

Ordinario quatuor media fuisse pecuniam colligendi ex Nobilium verbis conficere licet, qui in Comitiis Hagae-Comitum anno 1552 de subsidiis deliberantes declaraverunt: „ *datter syn* „ *vier middelen, daerby men gewoonlyck is te* „ *vinden de beeden in Hollandt, als by de* „ *schiltalen, by den impost, by t' margengeld* „ *en by den tienden penningh.*" (*b*) *Bij de schiltalen* pecunia exigebatur, si tributorum collectio fiebat secundum antiquam cujusdam monetae (*schilden*) per agros atque urbes distributionem: *bij den impost*, (per accisas) si, partem pretii a rebus nonnullis, quae usu teruntur et consumuntur, praesertim esculentis abstrahendo, tributum solveretur: *bij het margengeld*, si agrorum possessoribus quoddam tributum praediale imponeretur (*c*). *Bij den tienden penning*, extraordinarium medium fuit, in casu summae ne-

(*a*) Aert v. d. Goes, Tom. I. pag. 345. et 358; et Tom. II. pag. 56 etc.

(*b*) Adr. v. d. Goes, Tom. III. pag. 127.

(*c*) De hisce modis precarias colligendi, Cf. Heeneman, l. l. pag. 89. seq.; et Kluit, *Prim. Lin.* pag. 149.

necessitatis tantum adhibitum. Gubernatrix Maria, Martini Rossemii in Brabantiam, ac Regis Franciae in Luxenburgium invasionibus anno 1542 ad angustias redacta, primum illum tributum exigendi modum Ordinibus proposuit, declarans: „ *Dat geen beeden die by de voirgaende* „ *oude wegen en manieren geconsenteerd zyn,* „ *in dusdanige oorloghe mogten helpen, soo-* „ *dat men ander wegen soucken moest.*" (*a*)

Ordines vero inviti in talem decimi denarii exactionem consenserunt.

Uno alterove medio precariam indultam exigendi ab Ordinibus proposito, hi simul etiam a Principe mandata (*Octrooijen*) impetrabant, ad pecuniam concessam colligendam, excepto casu, quo subsidia *bij de schiltalen* exigerentur, hoc enim a Comitis Quaestore precariarum fiebat (*b*).

Sic Ordines anno 1552, 4 et 5 April postquam 200,000. florenos Comiti concessissent, ab eo mandatum petiverunt, ad pecuniam illam exigendam; „ *Dat hare Majesteyt hun luyden* „ *wel souden mogen accorderen generaal oc-* „ *troy, om de voorsz. penningen te mogen vin-*

„ *den,*

(*a*) Aert v. d. Goes, Tom. I. pag. 348 et 348.
(*b*) *Resolut. Stat v. Holl.* 27. Mei 1568.

„ *den, by sulke bequame extraordinaris mid-*
„ *delen, als by hun luyden binnen drie maan-*
„ *den geadviseerd souden werden.*" — Cui petitioni Princeps annuit; „ *dat hare Majesteyt*
„ *te vreden was octroy te accordeeren volgens*
„ *begeerte van de Staten.*" (*a*)

Executio in contumaces Ordinibus etiam nonnunquam relinquebatur. Ad id litteras executorias (*executorien*) a Comite impetrabant; „ *hebbende de voornoemde Staaten op de re-*
„ *queste, daarby versocht wert excecutorie,*
„ *deselve verkregen tegens diegene die onwil-*
„ *light blyvende opgestelde impost te beta-*
„ *len.*" (*b*)

Ad hanc autem executionem procedebant, *eerst bij sommatie, gyselinge, ende daernaer by subhastatie.* (*c*)

Ex hisce nullum dubium relinquitur, Ordines, consensu dato, nihil amplius in rebus, subsidia spectantibus, sine auctoritate Principis valuisse.

Quota urbium et pagorum pars, distributio tribu-

(*a*) Adr. v. d. Goes, Tom. III. pag. 249 seq.
(*b*) Adr. v. d. Goes, Tom. III. pag. 559. Cf. *Resolut. v. Holl.* 17 Oct. 1554, et 9 Oct. 1557.
(*c*) Aert v. d. Goes, Tom. V. pag. 380.

butorum, collectio, executio a Comite solo pendebant, ita ut Ordines, si aliquid in his peragere vellent, Principis permissu indigerent.

Exemptionem etiam atque remissionem a precariis solus Princeps concedebat. Hinc inmunitates a concessis tributis, quae sub vulgari nomine, *de gewoone gratien of kortingen*, occurrunt a Comite dabantur.

Quod, ut bene intelligatur, animadvertendum est, Urbes majores, in subsidia consentientes, certam summae remissionem sibi stipulari solitas fuisse.

Hinc in actis 31 Novemb. 1545 scriptum est:
„ *De Gedeputeerden der Steden van Dortrecht, Haerlem, etc. verklaerden wel van advise te wesen, syn Keyserlycke Majesteyt te consenteeren, de somma van sestigh duysend Gulden, mits daerinne genietende gratien.*" (*a*)

Haec vero, quae subsidia spectabant, in aerarium Principes inferenda, nullo modo applicari possunt ad subsidia, quae Ordines ipsi colligebant. Cum enim successu temporis, Principis necessitatibus succurrendo, Ordines Comitum gratiam magis magisque sibi reconciliassent, illis

(*a*) Adr. v. d. Goes, Tom. II. pag. 127; Cf. Tom. III. pag. 180 etc.

lis permittebatur, in usum suum communem atque domesticum subsidia nonnulla erogare.

Haec autem subsidia, quae etiam *bee„den*, *subventien*, *petitien*, *belastingen* et *gemeene landsomslagen* vocabantur, atque inserviebant ad sumtus itineris ad Comitia, honoraria Advocati, aliorumque officialium, similesque expensas domesticas solvendas. „*Heb„ben geaccordeerd*, sic Ordines ajunt, *dat „eene ommeslagh gemaekt soude worden van „vyfentwintigh hondert Gulden omme geëm„ployeerd te werden in s' gemeenelands om„meslagh, ende onkosten, als wedden, rey„sen, ende andere nootelyken vacatien.*" (*a*) Quaestor, qui aerario peculiari, in quod illa conferebantur, praeërat, *Ontvanger des gemeene Lands omslagen* dicebatur. (*b*)

Quamvis omnia, quae has contributiones domesticas spectabant, ex Ordinum mandato fierent, ita ut ipsam etiam immunitatem ab illis, ipsi Ordines concederent, (*c*) suprema tamen eorum cura Principi erat.

Ita vera Ordinum potestate, quantum fieri pos-

(*a*) ADR. V. D. GOES, Tom II. pag. 649.
(*b*) De hoc Quaestore videatur Cap. III. huj. Diss.
(*c*) HEENEMAN, l. l. pag. 100.

posset, accurate exposita, ad refutanda ea transgredimur, quae a pluribus scriptoribus politicis, inter quos summae eruditionis viris, in medium sunt prolata, quaeque si vera essent, prorsus ea infirmarent, quae de Ordinum juribus ac potestate tradidimus.

SECTIO QUARTA.

Praecipua argumenta refelluntur, quibus nonnulli nimium quantum Ordinum potestatem extollere videntur.

Cum de Ordinum potestate et juribus disputemus, ante omnia est necessarium, ut inter potestatem jure aut facto acquisitam, aut ad tempus modo valituram, distinguamus.

Multa enim, turbis agitatis, Nobiles vel Urbes, imo vero Ordines contra Principis majestatem perpetraverunt; — multa, Comite mortuo de successione controversiis ortis, legitimoque herede in tranquilla regni possessione nondum stabilito, aliisve occasionibus, facta sunt, quae ad tempus tantum valuerunt.

Hanc vero distinctionem plurimi non observaverunt. — Ex facto ad jus argumentum dux-

duxerunt. — Ex iis, quae ad tempus modo valuerunt, ad legitimam potestatem, qaum continuo Ordines exercuissent, concluderunt.

Quam perversa ista sit argumentandi ratio, nemo est, qui non intelligat.

Cum igitur de Hollandiae Ordinum potestate dicamus, eam comprehendimus, quam non facto, sed jure, neque ad tempus, sed continuo Ordines exercuerunt.

Hoc si bene teneamus, praecipua adversariorum argumenta facile refelluntur.

Cum scripta revolvamus eorum, qui nimium quantum Ordinum potestatem extollunt, ante omnia illos contendere legimus; summum imperium ex consensu Ordinem profectum esse, ita ut hi pro lubitu de imperio disponere possent.

Probare illud conantur;

I°. Quod Comites Ordinibus jusjurandum praestare solerent, cum illi inaugurarentur.

II°. Quod minori aetate Comiti ab Ordinibus tutor daretur.

III°. Quod Ordines uni vel alteri imperium addicerent, si de eo inter heredes defuncti Comitis lis esset orta.

IV°. Quod, Principe deficiente, imperium ad Ordines rediret.

De

De Comitum potestate ac juribus cap. I, § 2. agentes, jam demonstrare conati sumus, Comites imperium ex jure hereditario tenuisse. Hoc manifestum erat ex subditorum fidelitatis jurisjurandi praestatione, hoc patebat ex ipsis inaugurationis litteris, in quibus titulis, *onse erfachtige natuurlyke Prince*, Comites fere semper honorati fuere.

Praeterea ibi etiam monuimus, nullius ponderis esse argumentum, ex Principis jurisjurandi more desumtum, ut ex eo ad Ordinem potestatem de imperio disponendi concluderetur, et quidem hanc ob causam, quod Comites, seculo XIII. exeunte, demum juramento se obstrinxerint, ad subditorum privilegia servanda, quum a Theodorico I. hereditaria eorum in Comitatum successio jam obtinuisset; ad quod et illud accedit, non omnes Hollandiae Principes seculo XIV. hoc jusjurandum praestitisse, quod tamen necessarium fuisset, si jus illorum imperandi inde dependisset.

Denique, cum primum seculo XIV. Ordinum nomen in annalibus nostris memoratum occurrat, atque ab hoc demum tempore Ordines pedetentim collegium constiture coeperint, sub posterioribus Comitibus Ordines solummodo de-

im-

imperio disponere potuissent, quod quam absurdum sit, cuique, actus publicos ejus aetatis inspicienti, facile patebit.

Sententia igitur summi nostri GROTII, cum ex Comitum jurisjurandi praestandi more ad jus Ordinum de Imperio disponendi concludat, minus probanda nobis videtur (*a*).

II°. Quod attinet ad Principis minoris tutelam, etiamsi concederemus, Ordines tutorem dandi facultatem habuisse, ex eo tamen haud sequeretur, *jus illis* fuisse de imperio disponendi. Comite enim mortuo, successor ejus legitimus in imperium, quamvis minor aetatis, statim jus acquirebat in imperium. — Quamvis itaque constaret, Ordines, Principis minoris tutelam ac reipublicae curam gerentes, nonnumquam tutorem instituisse, qui minoris Comitis nomine regnaret, usque dum hic major factus, ipse imperium suscipere posset, inde tamen confici non posset, Ordines jus habuisse de imperio disponendi. Imperii jus erat penes minorem Comitem, cum ejus potestatis exercitium, ad certum modo tempus, in tutorem, delatum erat.

Ve-

(*a*) Cf. GROTIUS, *de Antiquitate Reipublicae Batavicae*, pag. 37.

Verum haec praetermittentes ad ipsam quaestionem redeamus: an revera Ordinibus potestas fuerit tutorem dandi. GROTIUS illud affirmat, (*a*) in exemplum allegans Diderici V. tutelam. Verum est observandum, Gertrudam minoris Comitis matrem, non ex consensu Ordinum, (quod historia nos non docet, neque docere potuit, quia Ordinum, aliqua potestate praeditorum, ne quidem umbra adfuit hac aetate) sed ex institutis Imperii Germanici, cujus Hollandia tum pars censebatur, tutelam gessisse. Carolus enim simplex constituerat, ut, Comite mortuo, proximus ejus consanguineus, loco et nomine minoris Principis, Comitatum regeret, usque dum majorem aetatem minor attigisset (*b*). Ex hoc igitur decreto Gertruda Diderici V. tutrix erat, neque Ordinum, qui nondum aderant, consensus necessarius esse potuit.

Alterum exemplum GROTIUS aliique scriptores illius vestigia prementes, ut suam sententiam confirmarent, ex eo petiverunt, quod Ordines, Florentio V. decesso, ejus filii curam Johanni Avesne permisissent. — Videamus vero

(*a*) *De Antiquit. Reipl. Batav.* pag. 38.

(*b*) Vid. Cons. WISELIUS, *Staatkundige verlichting der Nederlanden*, pag. 39.

ro quanta eorum verbis fides sit habenda. *Historiam* consulentes, non legimus, Ordines Johannem illum tutorem elegisse, verum ipsum Johannem I. filium Florentii V. per quatuor annos Avesni, tamquam suo tutori, regnum commisisse, omnibusque suis subditis imperasse, ut Hannoniae Comiti obedientiam praestarent (*a*). Negari quidem nequit, chartam hac de re confectam a pluribus urbibus confirmatam fuisse, quae in illa declarant, suo consilio ac consensu hoc factum esse, verum hujus rei ratio manifeste apparet, cum paulo accuratius ipsum diploma inspiciamus. In eo enim agitur de pecuniae collatione, ad quam urbium consensu opus erat. Haec igitur fuit causa, quare urbes huic chartae subscripserint, quare declaraverint, consensu suo ac consilio illud factum fuisse. (*b*)

Subinde, etiamsi concederemus, in Johannis I. tutela Avesni deferenda quamdam potestatem urbibus fuisse, haec tamen temporaria erat, nulloque modo de Ordinibus hic quaestio esse potest, cum tantum de Urbibus, nulla vero de

No-

(*a*) Wagenaar, l. l. Tom. III. pag. 128.
(*b*) De Jonge, *over den Oorsprong enz. van den derden Staat*, pag. 142.

Nobilibus; sine quibus nullus Ordinum conventus, in eo diplomate fiat mentio.

III°. Aliud argumentum, quod allegant, ad Ordinum potestatem de imperio disponendi probandum, in eo constat, quod Ordines in litibus inter heredes de jure succedendi in imperium pronuntiaverint; eorumque judicio, cum uni vel alteri regnum addicerent, Principes se submiserint. Sic Ordines in lite inter Adelbertum, Ludovicum et Othonem, fratres Wilhelmi V, cum de imperio inter se dissentirent, pronuntiaverunt. — De facto ipso historico enim adversariis lubenter convenimus, verum consequentiam ex eo ductam negamus, Ordines ac si populum repraesentabant, hac occasione imperium detulisse.

Hac autem in lite arbitri tantum fuerunt, quos Princeps ipse elegerat. Nam PHILIPPUS A LEYDIS, Wilhelmi V. aequalis, de actu disserens, quo Lodovicus Bavarus omni juri in Hollandiae Comitatum renuntiavit; (a) animadvertit: „*Illa lex*, inquit, *bene respicit*, *arbi-* „*tratores quosdam*, *inter Marchionem Bran-* „*denburgensem*, *et Ducem Albertum de Ba-* „*va-*

(*a*) Actus ille exstat in *Groot Placaat-Boek*, Tom. III. pag. 6.

„ *variâ, fratres, super Manburnia sive cu-*
„ *ra fratris, vel illustris Ducis Guillelmi*
„ *de Bavaria, in quem et semper quem ocu-*
„ *los suae pietatis dignetur, et debilem conso-*
„ *lari Omnipotens et optimus Consolator.*" (*a*)

Ejusmodi arbitri interdum etiam Principes extranei electi leguntur. Sic Rex Angliae cum Nobilissimo de Beaumond (*b*) a Margaretha Comitissa ejusque filio Wilhelmo V. in turpi causa et lite, quam de regimine egerunt, arbitri sunt electi.

Ratio vero, quare Principes sibi subjectorum judicio potius se submiserint, quam quidem Principum extraneorum, in eo querenda videtur, quod illorum plurimum interesset, ut lites componerentur, concordiaque in patria conservaretur. Nam, lite de successione in imperium agitata, magnae saepe discordiae inter cives oriebantur, jamque ortae erant, antequam Adelbertus ejusque fratres causam suam Urbibus decidendam commisissent. „ *Magnam vidi*, ait A LEYDIS, *in Walachria*
„ *reipubl. vacillationem in absentia et aegritu-*

„ *du-*

(*a*) *De Cura Reipubl.* Cass. 77. pag. 269.

(*b*) De Johanne de Beaumond, Comitis Wilhelmi III. fratre, vid. Vir Cons. DE JONGE, in opere *over den oorsprong der Hoeksche en Kabeljaauwsche Twisten*, pag. 133. seq.

„ *dine Principis, nunc regnantis, nec cura-*
„ *tor admissus, ut debuit, curam gessit.*" (*a*)
Ut tales turbae in republica, vel evitarentur, vel saltem cessarent, ex politica ratione Comites quosdam subditos eligere solebant, qui in controversia suborta pronuntiarent.

Hisce consideratis, quisque profecto nobis assensiturus est, ex re illa nullam Ordinum continuam potestatem derivari posse. Comites enim non ad id obstricti fuerant, ut Urbes, Nobiles, aliosve de suis litibus arbitros eligerent. Fuit hoc factum eorum voluntarium, quo pro certo tempore solummodo hisce arbitris quaedam concedebatur potestas, quae tamen statim cessabat, si pronuntiassent. Ex Urbium igitur arbitrio in causa Adelberti, vel ex Urbium et Nobilium arbitrio in aliis plurimis ejusmodi causis in patriae historia nobis obviis, ad Ordinum jus continuum concludi non posse videtur.

IV°. Restat, ut ultimo loco nunc inquiramus in argumentum illud adversariorum, quod, quoties Princeps defecerit, ad Ordines summum imperium redierit.

Per mortem, ajunt, Florentii V., vacante prin-

(*a*) *De Cura Reipubl.* pag. 161.

principatu, Nobiles et oppidani administraverunt rempubl., ex quo lucido apparet, Principe deficiente, ad Ordines rediisse imperium. Ut vero hac de re bene judicemus, ratio habenda est rerum huic causae adjunctarum. Tempore enim Florentii V. caedis, Principis filio Johanne absente, anarchia in Hollandia metuenda erat, cum nullus reipubl adesset Gubernator. Nobiles igitur et Oppidani, ut patriae saluti prospicerent, ad tempus *regimen in se* susceperunt. Ad tempus inquam, donec scilicet Florentii V. filius ex Anglia rediisset. Qui cum advenisset, Nobilium et Oppidanorum gubernatio cessaret, cessavitque etiam.

Itaque temporaria eorum tantummodo fuit potestas (*a*).

Praecipuis evulsis fundamentis, quibus multi auctores sententiam suam, Ordines de summo imperio disposuisse, niti affirmant, ad alia argumenta refutanda transgredimur.

Qui Ordinum potestatem extollere conantur, in Hollandiae Comitatu leges praecipuas imperii has fuisse dicunt:

I°. Bellum suscipere pro rebus tuendis, aut per-

(*a*) KLUIT, *Holl. Staatsreg.* Tom. IV. pag. 405.

persequendis injuriis Principi ne liceat, nisi Ordinum arbitrio.

II°. Ut jus sit Ordinibus in concilium coëundi quoties et ubicumque voluerunt, nec opus habeant eam ad rem Principis venia.

III°. Ne maritum sibi accipiat femina Princeps, nisi Hollandiae Ordinum arbitratu.

Id indicant privilegia Margarethae, Johannis Bavari atque Mariae Burgundiae. Et profecto haec antiquitatis monumenta inspicientibus hac de re nullum dubium nobis superest. Quaestio igitur plane jam enucleata posset videri, si quaereretur, an revera talia in privilegiis istis fuerint constituta. Verum enimvero alia de re hic agitur. Probandum autem est, privilegia, quibus haec jura concessa sunt, et continuo et jure valuisse, quod probari posse negamus.

Lite sic recte constituta, privilegia memorata considerabimus.

Ut vero hac in re facilius procedamus, quaedam de privilegiis sunt praemonenda.

Privilegia jure publico Germanico, cujus principiis jus Belgicum olim nitebatur, dividebantur inter mere gratuita, et pactitia, seu conventionalia.

Pactitia, quae ex conventione vel ex titulo one-

oneroso, ex emtione, aut venditione quaesita erant, concedentem et ejus successores obligabant, utpote quibus Princeps, tamquam privatus, contractum inire intelligebatur, qui utrimque servandus.

Hinc inproprie privilegia nominantur, cum revera sunt pacta et contractus.

Gratuita fuerunt, quae ex solo Principis favore proficiscebantur, quaeque summus Imperans, tamquam talis, concedebat. Civium inter se respectu, privilegia pactitia ac gratuita non differebant, verum utraque jus perfectum constituebant, quamdiu subsisterent; Principis contra intuitu magnum inter utrumque obtinebat discrimen.

Gratuita tamdiu valebant, quamdiu publicae utilitati, de qua judicium est Principis, non obsistebant, neque ipsum jusjurandum in his aliquid mutabat, nisi hoc novam inferret obligationem. Pactitia, cum contractuum naturam haberent, Principis jurejurando non indigebant, ut valerent. Communi jure Germanico antiquo, quod olim juris publici Belgici analogiae congruebat, de privilegiis gratuitis constitutum erat:

I°. Ut Principibus ea revocare non liceret, quae decessores sui revocare non potuissent.

II.

II°. Ut successor decessoris facta, si quid male hic administraverit, feceritque, non solum implere non teneatur, sed et eorum auctores ex merito puniat (*a*).

Hae juris regulae antiquissimae fuerunt, cum jam sub Regno Francorum, cujus pars olim Germania fuerat, valuissent, uti docet Clar. MOREAU, de prima stirpe Regum Francorum tractans: „ *Il y avoit nn principe certain et* „ *connu, s'est, que le Roi, successeur, lors-* „ *qu'il parvenoit au trône, par la loi de hé-* „ *rédité, était absolument le maitre de de-* „ *stituer les magistrats et de revoquer les dons* „ *de son prédécesseur. L'autorité etait a lui* „ *et ne tenant rien de la volonté du dernier* „ *Roi, il n'était pas oblige de la regarder* „ *comme une loi.*" (*a*)

Secundum hanc juris normam Hollandiae Comites semper egerunt. Nullum enim exemplum cognoscimus, quo probatur, Comites jura ac privilegia, a decessoribus suis jam confirmata, iterum confirmare recusasse. Contra, privilegia,

(*a*) PFEFFINGER ad VITRIARIUM, *Juris Publ. Germ. Institut.* Tom. III. pag. 1244. et KLUIT, *Prim. Lin.* pag. 88.

(*b*) *Principes de morale et de droit public de la France*, Tom. I. pag. 133.

gia, a proximo decessore data, vel tacite, vel expresse aboleverint, vel nonnulla exceperunt, vel omnia confirmaverunt.

Hisce de privilegiis praemissis, de Margarethae, Johannis Bavari, ac Mariae Burgundiae concessionibus facilius judicium feremus.

Margaretha, Comitissa anno 1346 Hollandiam mox relictura, ut marito suo Imperatori Ludovico IV. consilio adesset, contra quem per Papae incitamenta magna pars Germaniae insurrexerat (*a*) magni momenti privilegium Nobilibus et Urbibus concessit, ut ita subditorum animos magis magisque sibi conciliaret.

Promisit igitur: „ *Dat wy noch onze nakomelinghen Graven van Hollandt, geen oorloghe beghonnen en op andere Heerenland, buiten onze paalen van Holland, aan Zeeland, van Vriesland, het en is by rade en goeddunken onzer Ridderen en Knapen, ende onser goede Luyden van de Steden van Holland, daar zy ons schuldigh sullen wezen te dienen, deden wy t' by hoir rade.*" (*b*)

Hoc

(*a*) De Jonge, *Hoeksche en Kabeljaauwsche Twisten*, pag. 84 et 85.

(*b*) *Groot Placaat-Boek*, Tom. V. pag. 713.

Hoc tamen privilegium Wilhelmus V. Margarethae filius, cum rerum summam adeptus esset, non ratum habuit, hoc imprudenter et contra jus datum existimans; quod ex ejus aevi constitutionibus Principi licuisse, modo vidimus. Margaretha autem Wilhelmi V. decessor fuerat, cujus decessoris facta successor implere obligatus non erat. Privilegium igitur Margarethae hanc solam ob rationem, quod ab ejus successore revocatum esset, jure non valuit, ita ut allegari nequeat tamquam testimonium, Comites sine Nobilium atque Urbium consilio ac consensu extra Hollandiae fines bellum gerere non potuisse.

Ex privilegio, a Johanne Bavaro anno 1408 Dordraco concesso, aeque minus Ordinum jura probari possunt. Johannis enim Bavarus nullum jus habuit privilegia concedendi. Fuit usurpator, qui Hollandiae imperium, jam a Nobilibus et Urbibus solemni modo in Jacobam delatum, sibi arrogare ausus erat. Cum autem Wilhemus VI, masculina prole orbatus, mox se moriturum provideret, Nobilibus ac Urbibus convocatis, omnis litis futurae evitandae caussa, ab iis postulaverat, ut filiam suam legitimam in principatum successorem agnoscerent;

quod

quod fecerunt declarando: „ *Wy hebben wael* „ *bedacht ende volkomelijck beraden, alle* „ *t' famelijck ons daerom verbonden en ver-* „ *looft, verbinden ende verloven ons met on-* „ *sen vryen moetwille, waert dat die hooch-* „ *geboren Vorst, onse genadige Heere voor-* „ *noemt, aflyvich worde by der gehengenisse* „ *Godts sonder witachtige Soone achter hem* „ *te laaten geboren oft' ongeboren, dat wy* „ *alsdan deselve onse genadige vrouwe Jacoba* „ *van Beyeren als erfdochter ende Leenvolgster* „ *ontfangen ende hullen sullen, tot onse recht-* „ *geboorne Landtsvrouwe.*" (*a*) Hanc solemnem promisionem omnes fere Nobiles et Urbes stricte inpleverunt, cum Wilhelmo VI. mortuo, Jacobae tamquam Comitissae fidelitatis jusjurandum praestiterint. (*b*) Johannes igitur Bavarus omnis generis promissis urbium gratiam sibi conciliari studens, easque adhortans, ut legitimam suam Comitissam desererent, quem in finem Dordracum privilegio condonaverat, merito usurpator habetur, cujus promissis stare non tenebatur Princeps legitimus. Itaque jus, Dordraci privilegio urbibus concessum, sine Principis venia

(*a*) *Groot Placaat-Boek*, Tom. III. pag. 8.
(*b*) WAGENAAR, *Vad. Hist.* Tom. III. pag. 419.

nia in concilium eundi, pro non dato est habitum, cum neque Jacoba, neque Philippus Burgundus, umquam hoc confirmaverint.

Aliae, praeter jam dictam, adsunt rationes, quare ex privilegio isto Ordinum potestatem derivare nemini liceat, v. c. sub conditione datum erat, si Johannes Bavarus ab urbibus Comes esset salutatus, quae conditio, cum numquam exstiterit, commoda etiam, eo privilegio concessa, a privilegiatis exigi non potuerunt. (*a*)

Superest, ut magnum Mariae Burgundiae privilegium seu chartam consideremus, quae ex diversis hominum opinionibus, aut tamquam Hollandiae libertatis sub Comitibus praeclarum monumentum, aut ut testimonium indicari solet potestatis, non jure, sed facto acquisitae.

Horum sententiam illorum opinioni anteponendam esse probabile nobis videtur, eo quidem effectu, ut simul cum perversa opinione de magno Mariae privilegio, praecipuum argumentum refelli possit, quo nimium quantum nonnulli Ordinum potestatem extollere conantur.

Hollandiae conditio miserrima erat, cum Maria Caroli audacis filia, non major viginti annis, in

(*a*) Kluit, *Holl, Staatsr.* Tom IV. pag. 358.

in regnum paternum succederet. Per continua a Carolo gesta bella publicum aerarium plane exhaustum erat. Patriae praeterea magna inminebant pericula, cum Lodovicus Franciae Rex, Burgundia jam occupata, Belgicas provincias etiam jugo submittere vellet.

Quid magis exspectandum erat, quam ut subditi pro Maria Comitissa arma sumserunt, ad imperium ejus labefactatum omnibus viribus stabiliendum? Secus vero factum fuit. De Caroli audacis morte Hollandi vix certiores facti, Principis potestatem omnimodo circumscribere studuerunt. Hoeksii et Kabeljavii, factiones sibi invicem infensissimae, eum in finem se conjunxerunt. Odium enim inter eos cessaverat, emolumenti capiendi spe orta. Hae ambae factiones conventus egerunt, in quibus jura definiebant, quae junioris aetatis Maria concedere deberet. (*a*)

Comitissa Gandavi fere captiva, bonisque consiliariis destituta, eorum precibus annuere coacta erat. (*b*) Quantum enim abfuit, ut Maria hoc

(*a*) WAGENAAR, *Vaderl. Hist.* Tom. IV. 116.

(*b*) Maria inter alia haec praesertim Ordinibus promisit: I°. „ *Dat wy hylicken sullen ende eenen voocht ende man* „ *kiesen by advies ende goedduncken van den Staten van de* „ *voorsz. Landen.*"
II°. „ *Item, dat wy noch onze nakomelingen geenderhande* „ *oor-*

hoc tempore agendi libertatem habuerit, ex iis intelligimus, quae antiqui historici memoriae nobis tradiderunt. Sic Pontus Heuterus Rer. Austr. Lib. I. cap. 1. pag. 45. narrat: „ *Ea* „ *privilegia Belgarum Ordinibus Mariam con-* „ *cedere fuisse coactam, traditisque tabulis* „ *confirmare.*". Hinc etiam in Caroli V., de Gandavensibus judicium ferentis sententia anni 1590 scribitur: „ *Aengaende t' privilegie van* „ *onse grootmoeder vrouwe Maria saligher* „ *gedachten, dat hetzelve verkregen is, by* „ *expresse* fortse *ende* violentie...... *wezende* „ *dezelve vrouwe jonck van jaeren, onvoor-* „ *zien van Raede, vrienden ende goedwillige* „ *dienaren, als blykt by zekere informatie* „ *gedaen in den jare* 1490." (*a*)

Sub-

„ *oorloge verweerende noch aenleggende tegens iemand aenne-* „ *men sullen, dan by goeddunckken van den Staten onzer* „ *voorsz. Landen.*

III°. „ *Item, dat onse voorsz. Landen van Hollandt ende* „ *Vrieslandt, of der Staten van andere Landen........* „ *in daghtvaerten ende anders sullen mogen vergaderen, son-* „ *der daerop te moeten verwerven voorder consent ofte oorlof* „ *van ons.*" — *Groot Placaat-Boek*, Tom. II. pag. 658 seq.

(*a*) J. DE HOLLANDER, *Memoires*, pag. 501, Informatio illa, de qua in sententia Caroli V. dicitur, facta videtur post turbas, quae annis 1481 et 1489 in Flandria obtinuerunt, in quibus Bruggenses, Gandavensium admonitu, Max-

Subinde quis nostrum adhuc dubitare potest; anne hoc privilegium libere datum sit, cum, Comitissa Gandavi morante, rerum confusionem hac in urbe tantam fuisse legat, ut cives omnia pro lubitu peregerint, Principis jussa despexerint, imo vero ejus consiliarios, Hugonetium et Imbercurtsium capitali supplicio dederint, quamvis etiam infelix Maria lacrymas fundens, in medio foro gratiam pro illis petiisset (*a*).

Potestas igitur, quam magno privilegio Ordines impetraverant, non jure sed facto acquisita erat. Fuit praeterea haec charta a successore Mariae revocata. Nam Philippus pulcher, cum major aetate factus ad rempublicam accederet, Ordines St. Geertrudenbergam convocavit, ibique declaravit: se ibi venisse, ut Hollandiae Comes Frisiaeque dominus salutaretur, privilegiaque a Philippo atque Carolo Burgundiae concessa confirmaret, veruntamen se omnia privilegia, post Caroli audacis mortem acquisita, varias propter rationes pro non datis habere; (*b*) quo

Maximilianum captivum retinuerunt. VAN KAMPEN, *Verkort. Gesch. der Nederl.* pag. 195 et 196.

(*a*) WAGENAAR, *Vaderl. Hist.* Tom. IV. pag. 173.

(*b*) *Groot Placaat-Boek*, Tom. IV. pag. 8 seq.

quo audito, Ordines hac revocatione acquieverunt eique annuerunt, utque illud actis publicis insereretur, rogarunt.

Solemnis fuit et a regula recedens haec agendi ratio. Ex communi enim voluntate et consensu Principis et Ordinum illud privilegium revocatum videmus, quamvis ex constitutionibus istius aevi, Ordinibus etiam inauditis, Comes solus hoc revocare potuisset. Quidquid igitur sentiendum sit de minus magisve restricto Comitum imperio, constat certe, Philippum ea ratione privilegium revocasse Mariae, quae nec a jure publico, nec a prudenti civilia illis temporibus aliena potest haberi.

Hoeksiorum enim et Kabeljaviorum studia sub Philippo Burgundiae vix suffocata, sub Maria et Maximiliano de novo tantopere flagraverant, ut juvenis bellica virtute spectatissimus, Nob. Franciscus de Brederode, urbe Rotterodamo praemunita, ex ea in agros vicinos excursiones continuas faceret, omnia devastaret, patriae urbes, aeque ac si bellum cum peregrinis gessisset, armis occuparet, cumque civibus suis pugnas sanguinolentas committeret. (*a*). Discor-

(*a*) Van Alkemade, *Rotterdamsche heldendaden onder den*

cordiae praeterea sub nomine *het brood en kaas-spel* Hollandiae tranquillitatem et quietem etiam turbaverant. (*a*) Et quamvis haec omnia non solis Mariae concessionibus imputare velimus, illis tamen, praesertim sine Principis venia conventus agendi ordinibus data facultas quodammodo opportunitatem dedisse videtur.

Itaque Philippus magnum privilegium revocando jus suum exercens, simul reipublicae saluti consuluit, quod maxime eo probatur, quod fere omnes discordiae cessaverint, postquam Princeps ille, rerum summam adeptus, declarasset, se Mariae privilegium non comfirmare. (*b*)

Post haec omnia mira certe videbitur objectio, ex ipsis Ordinum verbis ducta, quaeque si solvi non posset, jus Ordinum probaret proprio marte conventus agendi, et hoc quidem secundum Mariae privilegium, aeque ac illud a Philippo pulchro abolitum neque a successoribus ejus denuo concessum, adhuc va-

den Stadvoogd Frans van Bredenrode, genaamd Jonker Franschen oorlog.

(*a*) Wagenaar, *Vad. Hist.* Tom. IV. pag. 271 seq.

(*b*) Cf. Wagenaar, l. l. IV. Cf. etiam de magno Mariae privilegio Cons. Doornik, *Dissertatio hoc de argumento conscripta*, defensa Lugduni Batavorum, qui sententiam suam, privilegium Mariae de jure non valuisse, pluribus aliis argumentis confirmavit.

valuisset. Legitur autem in registris Hollandiae 5 Febr. anni 1566: „ *Aengaende de saecke* „ *van de beschryving van de Staten, die op-* „ *gesteld was tot de komste van den Stadhou-* „ *der, is geresolveerd, dat binnen middeler* „ *tyde de Staten sullen blyven in haer geheel,* „ *sonder yet te vernieuwen, sooveel te meer,* „ *daer sy bevonden hebben by de Privilegie* „ *van de Hertoginne Maria daertoe gerech-* „ *tigd te sijn.*" Haec tamen verba facile explicantur, si rerum adjuncta attendamus, quae illa scribendo ansam dederunt. Carolus V, et dein Philippus II. Ordinibus permiserant, ut generalia quaedam tributa, accisae appellata, Comitis nomine exigerent Ordines, hac facultate acquisita, majora etiam sibi vindicare conati sunt, ita quidem, ut, Advotato VAN DEN EYNDE, sine venia Principis de privatis suis causis Comitia instituere coeperint. (*a*)

Cu-

(*a*) De illis Ordinum conventibus sine auctoritate Principis initis KLUIT, *Hist. der Holl. Staatsr.* Tom. I. pag. 39 in notis annotavit: „ *T'is my voorgekomen, en t'dient tot op-* „ *heldering van een punt onser geschiedenis opgemerkt te wor-* „ *den, dat* VAN DEN EYNDE, *die als s'Landt of der Staten* „ *advocaat aan* ADRIAAN VAN DER GOES *was opgevolgd, en* „ *naderhand ook gevangen raakte, zeer werde om het gezag* „ *van de Staten optebeuren, of meer kracht bytezetten. Men*

 „ *vondt*

Curia Hollandiae, cui reipl. regimen erat commissum, et quae Principem repraesentabat, hisce auditis, valde irata erat, quod Ordines jus sibi arrogassent Comitia cogendi Curiae competens. Continuo ad Principis Gubernatorem se vertenunt, querentes. „ *Dat ſedert, die aanneming* „ *van den tegenwoordigen Advocaat van t'gemeene Lant, denſelven Advocaat bestaen* „ *hebben brieven van convocatie ende beſchryvingen van den Staten te doen zonder te* „ *hebben auctoriſatie ofte Jurisdictie van hare Con. Majeſteyt, wegen t'zelve te mogen* „ *doen, t'welk nogthans is eene acte dependeerende ende ſmaekende Regalia, die niemandt en mach nog behoort te pleeghen,* „ *dan van ſyne Majeſt. daartoe expres gemachtigt.*" (a)

Gubernator a Curia Hollandiae hac de re cer-

„ *vondt in alle de dagvaarten ſedert* 1524 *altijd aan het* „ *hoofd der raadplegingen de namen van de aanwezige Edelen en Steden gemeld, maar deze houden op ſedert den* 6 „ *April* 1563, *dat is omtrent dien zelfden tijd, dat* Van den Eynde *op eigen gezag had begonnen dachvaart te beſchryven, wanneer het Hof zich by den Stadhouder vervoegde, maar hiertegen is weder opmerkelyk, dat zoodra* Van den Eynde *in hegtenis raakte die oude form om de Comparanten met name er boven te zetten weder begon plaats* „ *te grypen.*"

(a) Boey, *oudheden van t'Hof v. Holland*, Tom. I. p. 170.

certior factus, causa examinata, declaravit: „ *Dat zyn Exellentie ook niet soude toelaten* „ *eenige vergaderingen van eenige Staten bin-* „ *nen syn Gouvernemente, daarvan hy ook* „ *adverteerde voors. Staten, om hen daarna* „ *te reguleeren.* (*a*)

Ordines vero, non obstante hac prohibitione, perseveraverunt, et cum juris praetextum aliquem desiderarent, quo sententia sua quodammodo confirmaretur, eorum Advocatus Van den Eynde Mariae privilegium, quod casu fortuito integrum adhuc invenerat, ut testimonium invocavit auctoritatis Ordinibus factae, absque Principis consensu Comitia indicendi adque ea conveniendi.

Exigui idcirco momenti ad illud probandum locus videtur, in Hollandiae registris nobis occurrens. Ordines enim aliquam juris speciem quaerentes, haec ita scripserunt. Quantum autem abfuit, ut nescivissent, Mariae privilegium revocatum fuisse, nulloque ita modo jus aliquod ex eo derivari potuisse, ex eo intelligimus, quod paucos ante annos Philippum rogantes, ne munera in peregrinos conferret, declarassent, „ *dat men het verzoek zoude funderen* „ *op*

(*a*) *Resol. v. Holl.* a. 1466. 27 Jan.

„ *op het privilegie van Koning Philips, en*
„ *niet op het privilegie van Vrouw Maria,*
„ *alzoo hetzelve gerevoceerd en te niete ge-*
„ *daan is.*" (*a*)

Praecipua sic argumenta, quibus scriptores nonnulli, inter quos GROTIUS et BYNKERSHOEKIUS, Ordinum potestatem nimium quantum extulerunt, pro viribus refellere conati sumus.

Quod si vero unum alterumve dictum seu factum adhuc adesset, ex quo, secundum aliorum opinionem, majora jura Ordinibus fuisse effici posset, quam quae quidem illis tribuimus, ea tamen nostram sententiam non labefactarent prorsusque infirmarent. Si enim ex solis factis dictisve de jure constaret, paucis, si quae in contrarium adessent, plurima pro nostra opinione militantia opponeremus.

Verum cum actibus authenticis sive antiquis monumentis nostram sententiam, de Ordinum juribus ac potestate, sub Comitibus Hollandicis, confirmatam esse probavimus, facto seu dicto, minus fortasse ad rem accommodato, ea infirmari nequit.

(*a*) *Resol. v. Holl.* 20 Apr. 1554.

CO-

COROLLARIA.

I.

Morem antiquissimum optimates nonnullis de rebus consulendi, et quidem initio, adstante populo, Comites a Regibus Francorum desumsisse videntur.

II.

Necessitas ab omnibus civibus preces voluntarias exigendi Ordinum Hollandiae collegio instituendo opportunitatem dedisse videtur.

III.

Quamquam in Francia, atque in Belgii provinciis, quae Franciae erant confines, jam longe Ordinum nomen innotuerat, illud demum sub Principibus ex stirpe Burgundica in Hollandia innotescere coepit.

IV.

Ordinibus jus fuisse minoris aetatis Comiti tutorem dandi negamus.

V.

Quamvis Nobiles atque Urbes sub Comitum regimine saepe testes, fidejussores, imo vero arbitri in litibus a Comite adhibiti fuerint, mi-

minime tamen inde efficere licet, Nobiles et Urbes reipublicae regiminis participes fuisse.

VI.

Perperam nonnulli scriptores, ubi memorantur Ridderschap en Steden, dagvaarten, *ibi Ordines fingunt, in Hollandiae Comitatu summi imperii participes.*

VII.

Ex privilegio, a Margaretha Bavariae anno 1346. *Hollandiae Nobilibus atque Urbibus concesso, jus aliquod Ordinum deduci posse negamus.*

VIII.

Privilegium, a Johanne Bavaro anno 1418 *urbi Dordraco datum, monumentum non est, ut multi affirmant, antiquae Hollandiae libertatis, verum potestatis nullo jure concessae.*

IX.

Perperam Hollandiae Ordines anno 1566. *magnum Mariae privilegium allegasse videntur, ad facultatem propria auctoritate Comitia indicendi atque ad ea conveniendi, probandam.*

X.

Ratio, quare Ecclesiastici in Comitatu Hollandiae ad Comitia Ordinum non admissi fuerint, justo Comitum metui adscribendum

vi-

videtur, ne Episcopi Ultrajectini nimis magnam auctoritatem in eorum Principatum haberent.

XI.

Non illis assentimur, qui statuant, in Ordinum conventibus majorem partem suffragiorum reliquos obstrinxisse, si de subsidiis ageretur.

XII.

Quamvis Comites nonnumquam Ordines convocaverint, ut foedera ratihaberent, nulla tamen hac in re Ordinibus fuit potestas.

CONCLUSIO.

De singulis partibus, quae summum imperium efficiunt, ita vidimus, ut constaret, Comites summa jura majestatica et habuisse et exercuisse; Ordines vero tantum in tributis inponendis auctoritatem habuisse, cum sine eorum consensu ea exigere Comiti non liceret.

Con-

Concludendo igitur colligendum nobis videtur, Comitum Hollandicorum imperium fuisse monarchicum, ad aliquem modum restrictum, quae quidem potestatis restrictio summi momenti fuit, quandoquidem illa pertinebat ad jus tributa imperandi, quod Ordinum erat.

In diem crescente Comitum tyrannide, tandem sub Carolo V, maxime vero sub hujus filio Philippo debilitata et fracta fuit civium patientia.

Quamquam enim talis gentis nostrae est indoles, ut non nisi gravissimis injuriis ejus tolerantia effringi possit, hac tamen fracta, gentis furor oppressoribus prae omnibus est metuendus. Hoc expertus est Albanus, crudelissimo domino dignus minister.

Nam cum hic libertate, a natura etiam mutuis animalibus data, homines privare vellet, majores nostri, non ultra patientes, arma induerunt, atque virtutem constantiamque propria sibi bona esse, Europae stupenti probantes, simul cunctis gentibus seculisque fortiter vindicatae libertatis dederunt exemplum.

Respublica nostra, postquam per octoginta annos gravissimis bellis quassata esset, ex ruinis suis restaurata fuit, adolescenti similis, qui gra-

gravissimo morbo vix evasus, inde majorem vigorem sibi acquirit.

Ita abrogato Comitum imperio, gens nostra, quamvis exiguam terrarum partem inhabitans, magnis tamen facinoribus inclarescens, ad eum postea potestatis gradum pervenit, ut Regna saepe valida in officio retinuerit, neve omnia invaderent, inpediverit.

Ordines vero, sub Comitibus parva tantum potestate gaudentes, Hispanis expulsis, ad illud auctoritatis pervenerunt fastigium, ut anno 1654 declararent: „ *Dat de Staaten van de respec-* „ *tive souveraine provincien aan niemand ter* „ *waereld, nemaer alleen aan God almagtig* „ *schuldig sijn rekenschap te geven, van t'geen* „ *deselve vermogens haar Souverainiteyt van* „ *tijd tot tyd in den haren komen te resol-* „ *veeren.*" (a)

(a) *Resolutien v. Consideratien ten tijde van* J. DE WIT, pag. 106.

TANTUM.

QUAES-

QUAESTIONES.

I.

Errant scriptores, qui perpetuo ad regni Angliae exemplum provocent, ut eo demonstrent, plenam ac perpetuam potestatum, quae dicuntur civilium, separationem ibi obtinere. — Si enim accurate Angliae leges fundamentales inspiciamus, lucido nobis patet, praeter legislativam potestatem, etiam omnem fere executivam potestatem re et effectu esse penes Parleamentum. — Quamvis igitur Rex Angliae multis in negotiis haud exigua gaudeat potestate, summum tamen imperium, quod in quacumque civitate semper alicubi esse debet, sine ulla fere limitatione penes Parleamentum esse contendimus.

II.

In jure publico Francico explicando, magnus, quod ad jura antiquorum Comitiorum inter scriptores adest dissensus. Alii, nisi consensu populi, Francis Regibus leges ferre, bellum indicare, foedera pangere, verbo publica tractare negotia licuisse negant; alii vero totum summum imperium jam antiquitus penes Reges fuisse contendunt, absque ulla Comitiorum habendorum obligatione. Causa hujus dissensus ex mea opinione in eo quaerenda videtur, quod varii scriptores diversa tempora non respexerint, placita, sub primis Francorum Regibus, confundentes cum conventibus populi, qui demum, Philippo pulchro regnante, haberi coeperunt.

III.

Cum testator, ignorans conjugem suam gravidam esse, decesserit, testamentoque de bonis suis disposuerit, eo testamentum non infirmatur.

IV.

Inscriptio pertinet ad requisita hypothecae conventionalis, ita ut, ea deficiente, creditor hypothecarius non praeferatur ceteris creditoribus chirographariis.

V.

V.

Etiamsi titulus sive instrumentum donationis rei immobilis scriptum non sit, tamen a donatoris heredibus donatario illud vitium opponi nequit.

VI.

Minor sedecim annis ob facinus, quod lege inter crimina refertur, ad leviorem poenam secundum legem 67. *Cod. Poen.* damnatus, si major sedecim annis crimen perpetrat, incidit in poenam criminis repetiti.

VII.

Jure Hodierno qui errore solvit indebitum, solutum potest repetere sive solutio facta fuerit ex errore facti, sive ex errore juris.

VIII.

Sententia eorum, qui, nostratium mercaturae favendae gratia, peregrinorum navigationem ad Colonias nostras Orientales prohibendam esse statuant, improbanda videtur, cum, uti recte animadvertat Nob. G. K. van Hogendorp, *Advijs over de verhandeling van den Heer* Van Ouwerkerk de Vries, *over de oorzaken van het verval des Nederlandschen handels, en de middelen tot herstel of uitbreiding van denzelven*, pag. 12: „*Hoe uitgebreider vaart op de Kolonien*, „*des te meer voordeel is er te behalen. Indien de vreemde* „*vaart uitgesloten werd, zoo zouden de kooplieden, reeders* „*en fabrikanten in de eerste jaren daarbij kunnen winnen*, „*ten koste van den landbouw in de Kolonien, maar op den* „*duur zou de vaart gedurig afnemen, omdat de Koloniale* „*landbouw gedrukt zoude zijn, en dezelfde fabrikanten*, „*kooplieden en reeders zouden het zich te laat beklagen.*"

IX.

Non causis tantum contingentibus et externis, verum multo magis ipsi rationi, quam Societas nostra Indiae Orientalis in administratione Coloniarum secuta est, mihi tribuendum videtur, res ejus, prima aetate valde prosperas, mox tantopere esse delapsas, ut anno 1779 aes alienum, quod Societas contraxerat, summam 84, 985, 438 florenorum efficeret.

X.

X.

Si quaeramus, quaenam inter insulam Javam atque Patriam ex Legibus Fundamentalibus ratio et necessitudo sit, non illa partem Regni efficere videtur, sed inter possessiones enumeranda est, quas Regnum in aliis orbis terrarum partibus habet. Itaque incolae Javae insulae non cives sunt Regni, verum tales, qui deteriori juris conditione utuntur.

XI.

Assentimur Clar. HEEREN, *Gesch. van deStaatsg. v. Europ.* tom. II. pag. 722. de systemate Napoleontis continentali dicenti: „ *Uit een staatkundig oogpunt beschouwd, was het* „ *continentale stelsel een valsch stelsel, dewijl het op eene dubbele veronderstelling ruste, dat de buitenlandsche handel der* „ *Engelschen de hoofdbron was van hunne inkomsten, en dat* „ *de toesluiting van het vaste land voor denen die vernietigen* „ *zoude.*"

XII.

Cum bona fides i. e. illaesa conscientia possessoris, rem suam esse putantis, requisitum sit usucapionis, Jure Romano usucapere non licet, qui dubitat, num rem a vero domino, et facultatem alienandi habente, acceperit.

XIII.

Antinomia, quae esse videtur inter legem 27 *ff. de Donationibus*, et leg. 32 *ff. de donat.*, facile tolli posse videtur.

XIV.

Non demum lege 20. *de adminisi. et peric. tut.* introductum fuit tacitum pugnus, quod pupilli et minores habent in tutorum curatorumve suorum bona.

XV.

Cum magna olim in Republica nostra esset varietas atque diversitas legum, ita ut in singulis Provinciis non tantum, verum etiam in singulis urbibus diversum jus esset, hac rerum conditione inter alia factum videtur, ut in Patria nostra tantopere jus Romanum fuerit excultum.

XVI.

Neque DELVINCURTH neque TOULLIER sententia probanda videtur, cum ille Libr. IV. tit. 15. cap. 1. statuat, ju-

jure Codicis easdem quasi contractuum formas adesse, quae ex jure Romano notae sunt; hic vero Tom. XI. tit. 4. cap. 1. plures et enumeras tales agnoscat, omnes ex legibus de dominio deducendas. Praeter duas enim quasi contractuum formas, quae in codice habentur, nullam aliam esse defendimus.

XVII.

Regiminis forma, qua hodie Belgae gaudent, inter alia eo maxime sese commendare videtur, quod Rex Augustissimus executivam potestatem pro magna parte exercens, partem etiam Legislativae potestatis teneat. Nam minime approbanda videtur sententia acutissimi Kantii, cum in opere: *Metaphys. Anfangsgr. der Rechtsl.* pag. 171 statuat: executivam potestatem a legislatoria necessario esse separandam.

XVIII.

Non assentimur Clar. Schmaltz, *Handb. der Rechts-philosoph.* pag. 396 seq. statuenti: totum summum imperium plenum ac indivisum uni Regi esse tribuendum, quod Regis, summum imperium absolute et hereditario jure tenentis, intersit populum habere fortem, divitem, felicem, — contra credimus, reipublicae interesse, ut Senatus quoque sit, qui populum repraesentet in legibus condendis.

Ita enim populi commoda a Principe melius cognoscuntur, civium jura intacta servantur, faciliusque leges ad effectum perducuntur. Sic populus existit liber atque fortis.

XIX.

Divisio Poloniae anno 1772 inter Russiam, Austriam atque Borussiam, valde inprobanda est, cum ita omnis securitas minoribus ac viribus minus pollentibus civitatibus adimeretur. Magnum dein damnum eo illatum est Europae, ita ut experientia ipsa hic confirmaverit veritatem sententiae Illustr. Necker: „ *Que la morale une fois soustraite des rapports politiques entre les nations, rien ne tient, tout balotte dans la grande confederation sociale, et il faut sans cesse y porter la main.*"

XX.

Recte Doct. de Jonge, *Verhandeling over den Oorsprong*

enz.

enz. van den invloed des derden Staats in de Staatsvergaderingen, gedurende het Hertogelijk en Grafelijk bewind in Braband, Vlaanderen, Holland en Zeeland, pag. 126. „ *Het „ gezag van den derden Staat in deze Staatsvergaderingen „ heeft in geenen deele, gelijk velen tot hiertoe van oordeel „ waren, altijd op regtmatige en wettige gronden gerust, „ maar moet veelmalen en in vele opzigten slechts als daadzakelijk beschouwd worden.*"

XXI.

Magna videtur utilitas concilii superioris (*eerste Kamer*) ex legibus nostris fundamentalibus constituti. — Hoc enim concilium gradum constituit regiam majestatem inter ac populum, leges et instituta stabiliora atque firmiora reddit, regiamque potestatem tuetur.

VITIA TYPOGRAPHICA.

Pag. 6. regimines. *Lege*, regiminis. Pag. 10. in notis, tractatus. *L.* tractatum. Pag. 14. ex. *L.* et. Hiuc, *L.* huic. Pag. 19. qaum. *L.* quam. Pag. 35. in notis, Episop. *L.* Episcop. Pag. 54. disquisionem. *L.* disquisitionem. Pag. 59. eandem. *L.* ut eandem etc. Pag. 65. allodia. *L.* allodialia. Pag. 70. Sol ebant. *L.* Solebant.
Ceteraque vitia typographica corrigat b. L.